





Bányai ker  
 Annuaire Visitatio  
 Bányai keressék  
 1836. június

1836. jun. 2 TÓTARADÁCZ SZEBERENYI JÁNOS püsp<sup>1-9 lot</sup>

1836. jun. 3 NAGY / BECSHERÉK SZEBERENYI JÁNOS püspök  
~~1-9 lot~~

— jun. 4. ANTALFALVA Szeberenyi J. 10-14 lot  
 15-17 lot

— jun. 5. FRANCZFELDEN (FERENCIALOH) Szeberenyi J. 19-28 lot

— jun. 7. HOMOKOS (MARAMORAK) SZEBERENYI J. 29-30

— jun. 8. /NAGYLADOSFALVA — " — 31-37

— jun. 9. ISTVÁNFALU — " — 38-39

— jun. 10. TEMESBÉNYI (BÖTTYIN) — " — 41-45

— jun. 11. VARSÓHLYÓ (KISSEMLAK) — " — 46-50

— jun. 12. LIEBLING — " — 51-55

— jun. 13. TEMESVÁROVÁR (VUNOVA) — " — 56-60

— jun. 16. TEMESVÁR — " — 62-66

K



Ordo Visitationis Canonice Ecclesiarum Senioratum B'kefienfis, Bana  
lici per Reverendissimum Dominum Johannem Szepesinym Mensibus Junio, et Julio 1756  
peragenda: Factus de 30 Maji in Nagy-S. Miklos tempore meridiei.

- Die 30<sup>a</sup> Maji iter ad Kikindam  
31<sup>a</sup> ~ iter ad Aradab  
1<sup>a</sup> Junii quies in Aradab  
2<sup>a</sup> ~ Visitatio in Aradab et pro nocte ad G. Betskerch  
3<sup>a</sup> ~ Visitatio in G. Betskerch pro nocte ad Antalpalvam  
4<sup>a</sup> ~ Visitatio Antalpalva, et iter Franzfeldam  
5<sup>a</sup> ~ Visitatio Franzfelda  
6<sup>a</sup> ~ Quies Franzfelda et pro nocte ad Mramorab  
7<sup>a</sup> ~ Visitatio in Mramorab iterque ad Padinam  
8<sup>a</sup> ~ Visitatio in Padina et iter ad Hlvanyfalvam  
9<sup>a</sup> Junii Visitatio Hlvanyfalva, pro nocte ad Butyin  
10<sup>a</sup> ~ Visitatio in Butyin iterque ad K. Schemlak  
11<sup>a</sup> ~ Visitatio in K. Schemlak pro nocte ad Liebling  
12<sup>a</sup> ~ Visitatio in Liebling  
13 ~ Iter ad Vukovar visitatio ibidem et reditus ad Liebling.  
14 ~ Quies in Liebling  
15 ~ Iter ad Temesvar  
16 ~ Visitatio in Temesvar  
17 Junii Mansio in Temesvar [ordinatio]  
18 ~ Pro prandio ad Lowrin pro nocte ad N. Sz. Miklos.  
19 ~ Visitatio in N. Sz. Miklos, pro nocte v<sup>o</sup> ad N. Lak.  
20 ~ Visitatio in N. Lak.  
21 ~ Visitatio in Szemlak et pro nocte ad N. Lak  
22 ~ Visitatio in Pitvaras, pro nocte ad Komlas  
23 Junii Visitatio in Komlas  
24 ~ Quies in Komlas et Mezöhegyes  
25 ~ Iter Orashazam  
26 ~ Visitatio Orashaza  
27 ~ Iter ad Szarvas per filias Sz. Tornya et Szinav  
28, 29, 30 Examina Szarvasini  
1<sup>a</sup> Julii Visitatio Szarvasini  
2<sup>a</sup> ~ Iter ad Mezötereny per filiam Ecclie Matris Wer  
nyirasio Gyomam.



3<sup>a</sup> Julii Vigilatio in Muzo Wereng Eccl<sup>a</sup> Slavica

4<sup>a</sup> ~ ~ ~ ~ ~ Eccl<sup>a</sup> Germanica

pro nocte v<sup>o</sup> Csabam.

5 Julii Vigilatio Csaba.

6 ~ ~ ~ ~ ~ Luceo Csaba

7 ~ ~ ~ ~ ~ tota die iter ad Varsang

8 ~ ~ ~ ~ ~ Vigilatio in Varsang

9 Julii iter ad Molva et vigilatio ibidem, et reditus ad Varsang

10 ~ ~ ~ ~ ~ iter per Komlos ad Varsahely

11 ~ ~ ~ ~ ~ Vigilatio in Varsahely pro nocte ad Szentes

12 Julii Vigilatio in Szentes

13, ~ ~ ~ ~ ~ iter ad Tiszaöldvár

14 ~ ~ ~ ~ ~ Vigilatio in Tiszaöldvár.

15 Reditus versus Bilioch Maglod Pestinum Vahium, Schemnitium.



Protocolla  
visitationis Canonicae Ecclesiarum Episcopatus Al.  
in Senioratu Banatico,  
instituta anno 1836<sup>to</sup> mense Junio.

---







Verbi Dei Ministerii sacris operati fuere ab anno 1786 us-  
 que 1798 Paulus Kovács, sub quo parochia pessime edifi-  
 ficata est, et templi, cui ex parte tantum novum ~~bas~~ pro-  
 sens, basi turris eadem remanente, superedificatur, fun-  
 damenta iacta anno 1796 d. 14 Aprilis dominica Subi-  
 late; Joannes Rakosicz ab a. 1798 25 Junii  
 usque 1820, die 27. Octobris sepultus, simul munere  
 Consenioris Békésbanaticii functus, sub quo templum  
 consummatum, parochiaque honestior, cui moderna super-  
 edificata est, exstructa fuit; organum novum idemque  
 opus artificiosum compactum, item calix argenteus in-  
 auratus comparatus. Annis dein 1821 et 22 opera-  
 batur Michael Boszy, nunc eccl<sup>a</sup> ~~Abbrerowiensis~~ <sup>Pinnab</sup> ~~Abbrerowiensis~~  
 apud Kishonthanos presul, qui parochia veteri 1. novum  
 cubile addidit, alterum renovavit, cellarium illi sub-  
 struxit, hortum gratuito ecclesie relicto arboribus nobi-  
 lioribus ditavit. Ab anni 1822 4. Novemb. operatur  
 modernus P. D. Minister, sub quo turris 1823? in mo-  
 dernam altitudinem erecta; parochia in continuo cum neo-  
 edificatis cubilibus, veteri superstructa ad presentem  
 modum anno 1825<sup>to</sup>; templum consecratum a. 1826  
 die 22. Octobris; Classis Scholastica exstructa gleba  
 exstructa a. 1830; & hoc anno novum templum edifi-  
 ficari coeptum.

- 3, Numerus animarum - cum Elemér - a. 1835 = 1738,  
 masculini sexus = 804, feminini = 934; confessionis  
 capaces = 1110; parva coniugata Evangelicorum = 371,  
 mixtorum 7; a. 1835 nati 84, mortui 67, copulati  
 26, confirmati 56, pueri 26, puella 30.
- 4, Templum novum hoc a. 1835 proci coeptum, longum 16  
 orgias, 2 pedes, cum turri antiqua reparata inclusive,  
 latum 7 orgias, 4 pedes et 9 digitos, utrobique cum mu-  
 ris inclusive, sacram cathedram gypso exornatam, muro  
 instructam ad Dextram habebit; de altari, uti etiam  
 de baptisterio necdum consentum; chori columnis lapi-  
 deis incumbent staturatori; organum cum pedali 11 mu-  
 tationum nunc discompositum; de inscriptionibus nil  
 adhuc definitum. Fornix templi 10 columnis extrinse-  
 cus muro instructis doricis, <sup>infect</sup> tectum ex ustis regulis;  
 ianua 3. fenestrae 12.
- 5, Candelabra ecclesie: Duplex calix, alter argenteus inau-



inauratus, alter vero ex orichalco pro moribundis providen-  
dis, cum patellis, cibarium unum ex orichalco, unum tinti-  
nabulum, cantharus unus ex stanno, patina ex orichalco  
albo baptizandis apta; candelabra 4 lignea, maffa pelu-  
cida viridi obducta, cum inauratis ornamentis; manti-  
lia fericea 4, ex gossypio 2; tegumenta altaris et ca-  
thedra sacra: 2. parva fericeorum, alterum rubrum, alte-  
rum viride, fimbriis aureis circumfutum; tegumentum alta-  
ris unum ex gossypio distinctum; tegumenta cathedrae 2. lin-  
tea, quorum alterum distinctum, alterum nigrum; alba  
una ex tenui linteo

Ferramentum pro hostiis pinendis unum, statim cum  
exordio ecclesiae comparatum

Libri usui templi dicati: Kreuzperger et Palum-  
bini.

6. Turris 20 orgias alta. Campanae tres, sepe prae-  
rite visitationis canonicae Schemate: maxima 300,  
minor 180, & minima 68 pondo, sumptibus ecclesiae  
procurate, cum sequentibus inscriptionibus:

prima: COS MICH IOSEP EGARDNER ZU TEMES-  
VAR 1814. ECL EVANG. A. C. A. T. ARADATZ 1814.

secunda: COSSEN IN DER FABRITEN. 1800.

tertia: COSSEN IN DER FABRITEN 1799.

7. Reditus Ecclesiae colliguntur ex tintinabulo  
offertorius, oblationibus benivolis, pulsu funebri ab animabus  
ingruente maiori necessitate ex civitate ad singula 2  
tenutum, parva conjugata, capita, domum, symbolis 7 grossi W.  
nulla nobilitatis ratione habita, nisi sint praedicti  
honoratiores

Fundos ecclesia nullos habet. Debet nemini.  
Neque debitum activum quodquam habet.

Anni praeteriti proventus floreni 343, gros-  
si 15; erogatio pliorum 337, grossorum 7, strom 2;  
remanentia in arario: 5 plni, 7 grossi salutales;  
ratiocinatione pro novo templo huc non inclusa  
quippe necdum conclusa

Administratio reddituum eccleae fit per cura-  
torem, et alios, ingruente ne forte maiori fruendi neq.



necessitate electos incassatores, veluti nunc penes nos  
vnum templum. Cassa conservatur in parochia. Redi-  
tus erogationesque inscribit V. D. Minister peculiari  
libro rationum. Rationes quotannis occasione sic dicti  
computus redduntur per Curatorem, legense V. D. Mi-  
nistro magistratui locali civili congregatisque ecclesi-  
anis, contrascribente quasi loci Notario. Influxus  
V. D. Ministeri in cassalia est non nisi inspectorius. In li-  
se ecclesia propter fundos vel capitalia, cum nulla ha-  
beat, etiam cum nullo est.

8. Archivum ecclesie. Libri ecclesie
- a. Documenta antiqua nominari potest Protocol-  
lum intimatorum, currentalium, conventuum etc.  
statim cum exordio ecclesie a Paulo Kovács  
V. D. Ministro quam diligentissime scribi coeptum; et  
fasciculus scripturificorum variorum ecclesiam  
tangentium
  - b. Matricula: Matrica Copulatorum, natorum  
et mortuorum ab anno 1788 antiquior; et re-  
centior natorum et mortuorum ab anni 1811 et  
1826
  - c. Protocolla intimatorum, currentalium, conventu-  
um recentiora duo: primum incipiens ab anno 1816  
secundum ab anno 1827.
  - d. Liber rationum.
  - e. Protocolum pro inscribendis contractibus matri-  
monialibus seu stipulationibus maritorum mo-  
ring dictis.
  - f. Protocolum Scholasticum
  - g. Inventarium rerum ecclesiasticarum et parochi-  
alium factum est tempore introductionis in prescrip-  
ti, contentum in protocollo eccle. sub dato 11. Dec.  
1822.
  - h. Coemeterium est extra possessionem a parte  
septentrionali antiquum et recentius in contigu-  
quadratas orgias continens: in longum 80, in la-  
tum 60, 4800. Pecus arcetur, et usus graminis  
ludirectori destinatus.

Pz. Filiales stricto sensu sunt nullae, siquidem  
docente carentes; notabiliorem tamen numerum  
fidei



fidei consortium complectuntur Törökbece - Franyowa  
circ. 50, Melencze 20, Elemér 20. - Törökbece - Fra-  
nyosienses eisdem V. D. Ministrum pro administranda  
sibi sacra coena advocant.

II<sup>do</sup> Regimen ecclesiae politico-oeconomicum  
Inspector nullus.

Curator nunc est Georgius Litavsky colonus,  
instructione, <sup>ea</sup> quae argumentum eius iuramenti  
efficiebat, instructus. Salarium nullum, praeter  
calceorum par habet.

Aditus est Stephanus Mucsay, etiam tempo-  
re depositi iuramenti officii pio adstrictus. Sala-  
rium eque praeter par calceorum nullum habet.

Presbyterium est ipse magistratus loci civilis  
ecclesiae quippe puro evangelicae. Sunt tamen  
Senatoribus fidei civilibus 3. etiam adiecti  
Senatores ecclesiastici seu stricte sic dicti Pres-  
byteri, quo et laboribus ecclesiasticis inspicere et  
matrimonium tum contrahendis tum reconciliandis  
tanquam repositi, consiliarii et arbitri, uti etiam aliis  
consiliis circa ecclesiam capiendis facilius adesse  
possint: quippe quae eorum sunt officia.

III<sup>is</sup> Status ecclesiae internus, moralis, religiosus.  
Zelus in frequentando cultu divino dominicali lau-  
dari meretur, at in quotidiano laborum publicorum  
et domesticorum, hominum quippe laboriosorum cedere  
videtur necessitati.

Dies dominici profanari dici haud possunt  
laboribus, quos post meridiem in funa vel calamitatis  
vel fertilitatis necessitate, sive Hortus sive Insi-  
tum Dominium indulget. Saltibus etiam non nisi  
post meridiem iuventus vacat, ob quales tamen  
eadem eisdem catechisationes negligit. Mani-  
festi contemptores cultus divini publici et specia-  
tim sacra Domini coena nulli constant.

Lectura plures sunt gnari quam ignari; non  
item scriptura

Liberi mittuntur satis diligenter hiemali tempo-  
re



tempore in Scholam, nisi paupertas in vestendis  
ponat obicem.

Felux. libros sacros et devotionem alentes com-  
parandi patet ex eo, quod universi legere gnari Tra-  
noscium comparare flagrent. Biblia rara. At no-  
vum Testamentum in omni fere domo legere gnara  
reperias. Ceteros libros, etsi exstimulatio non defue-  
rit, emisse aliquem, praeter 1. duosve opifices, quibus ra-  
men paupertas est impedimento, rarum exstat exemplum.

Mores in ecclesia universe exprimi ita possunt,  
quod sint homines patientes, probi et laboriosi, quod  
testimonium us comitatus, dominium atque civitas  
vicina certatim exhibent. Vicia aliqua vigere in-  
frascriptus pro conscientia adfirmare haud potest, ni-  
si forte occasionem spirituali potu in vicina civita-  
te utendi & maledictoria aliquorum excipiat.

Speciatim multane matrimonia infelicia?  
an multi coniuges dissociatis, separatim viventes?

Malo, quod aliquantisper hactenus apparuit, magistra-  
tus localis tanquam presbyterium una cum S<sup>d</sup> Ministro  
tam feliciter tum monitis, tum precibus, tum minis et poe-  
nis occurrisse videtur, ut tantum unum par dissociato-  
rum coniugum et separatim viventium in ecclesia repe-  
riatur. — Liben praeterito anno extra matrimonium  
nati nulli. Ob ex vitas ponitur per S<sup>d</sup> Ministrum et  
presbyterium ita, ut rei coram admoneantur, non pa-  
rentes, aut gravius et manifeste peccantes mulctis  
pecuniariis in ecclesia comodum, vel poenis corpora-  
libus per magistratum civilem dictandis officiantur.

In carceribus publicis e sinu ecclesiae sunt nulli.  
Superstitionis species maxime conspicuae eo, quod  
universim vulgo communes sunt: spectra, pides infasinatione  
nibus dari solita, similia.

Per oblationes ecclesiae aliqui benefaciunt. Per  
testamentum unus non nisi, infrascripto hic operanti intuit.  
benefactor.

N<sup>o</sup> Verbi Dei Minister est Daniel Abaffy natus  
anno 1790 t. 6. Maji tenore baptismalium, in Bagyan  
poone Horvati Monthenfi ingremiata, patre aequo S<sup>d</sup> mi-  
nistro Kossia. Absoluit vernaculis studiis, Novifolii



etiam in instituto, Meröberényü, Debrecini, Pöfonyü studiis  
humanioribus, philosophicis et theologicis operam navavit et  
post consummatum in pedagogia unum, publici vero docentis pro-  
vincia sequi animum, Universitatem Ferensem petiit, lecturis  
que theologicas et philologicas Fäblen, Schotti, Danxi et  
Eichstädi per annum audivit. Rediit primum Comaromü  
per annum et in Agroberényienfi Gymnasio prope per annum  
professoris munere functus, Ludovicofalva Sacrum munus  
medii quinto año gessit, inde Tótaraadaczinum evocatus, ubi  
munere sacro fungitur ab año adventus sui 1822 4. Novemb.  
in universum 19 administrandi annum agit. Linguae gallicae et gal-  
licam.

### A. Muneris sacri administratio

1. Auditores visitare solet solemni in hac ecclia  
sic dicta Coledda, qua animarum conscriptio instituitur  
occasione, et alias pro viribus. Quantum fecit in  
pace vivit cum ecclesia. Sermones sacros  
scribit dicitque memoriter, extraordinaria nisi impe-  
ditus necessitate aut legendi aut ex tempore dicen-  
di. - Textus evangelicos et epistolicos mutat.  
A vitis tum universis, tum crassissimis, veluti fur-  
tis, ebrietate et c. uti argumentum sextus, sive  
proprium et grammaticum, sive sublimius secum fert  
dehortatur, praesertim etiam in catechisationibus
2. Catechisationes instituit continuas dominicas post  
Trinitatem, auctorem sequitur minorem Catechesin  
Lutheri. Quas iuventus tum scholastica, tum adul-  
tior ab initio, quam messis et adpropinquantis vinde-  
mia tempore, et sexus femininus quam masculinus  
quippe pecori pascendo occupatus frequentat diligentius.  
Catechumeni instituuntur tempore Quadragesimae  
in qua institutione ante et post meridiem generatim lo-  
gum sive consequentem notionum religionem completen-  
tium nexum menti iuventutis imprimere, aut potius  
ex hac evolvere intendit; speciatim sensum moralem  
in deum fiduciam, Christo logiam, et haec omnia in uno  
quasi foco - in institutione de sacra domini coena  
concentrare, intertextis vivis vitarum Moyses, patriarcha-  
rum, Davidis, Lutheri, Christi et. mentorumque de  
religione descriptionibus. Solemnis sic dicta con-  
firmatio die iouis viridivm est in usu.  
Neogami, siquidem alio tempore ob labores cam-  
pestres non succedit, occasione de sponsationis et ipsi  
us copula summam instituuntur, officiorumque  
commonentur.



3, Cultus divinus die Domini mane peragitur secundum Agenda Hamaliariana & morem Slavorum fere uniformem, cum 5<sup>a</sup> festis vero anniversariis cum 7 cantilenis ante sermonem et hoc durante. P. D. Minister durantibus 3 et 4 cantilenis ante sermonem, et post per decantatum 1. cantilena versum antecaram stat, flexo poplite orat, antiphonas et sextum intonando prolegit, peraque etiam benedictionem. — Post meridiem decantatis 2. cantilenis aut pericopam explicat, ex qua sermo non erat mane dictus, aut catechizat. — Quotidie preces peragit, aut numerosiori auditorio Kreuzbergerum cum grandis prolegit, decantatis 2. cantilenis. — Illentus ventus similis sub Cultu crebrionibus, ut affolent admonitionibus, rarissime poenis parere solet, ut composita sit. Haudum in veteri templo masculina iuventuti angustia chori occasionem insolentia suppeditabat. — Tempore Quadragesima solet prolegi historia passionis secundum Kreuzbergerum cum seculo. In Liturgiis nil arbitrarie mutatur.

4 Sacramenta. Baptismus administratur semper in templo, exceptis baptismis sic dicta necessitatis infantum debiliū, qui noctu in parochia etiam baptizantur. Compadres nisi absentes convectionis tempore, aut labore publico vel morbo impediti veniunt, commatres vero complures. Termini Domini Coena administranda designantur 4: utpote festo Natalitiorum, Paschatos, Joannatis et Michaelis, quolibetque termino nis baptisus et Michaelis, quolibetque termino quinque celebrari solet. Confidentes hoc anno ecclesiastico per 2. terminos 1395 fuerunt, anno vero 1830 toto: 2251.

5, Morbidorum provisio. Uti expicatis, ducto pone Tibisum aggere, huius exundatione factitatis paludibus sanitas incolarum reparata, ita etiam numerus morbidorum decrevit et necessitas uberior P. D. Ministerum vocandi. Medicis in vicinia habitantibus aliqui utuntur, et P. D. Minister, prout prudentia suadet, etiam in societate medici morbos pro intelligentia sua etiam non vocatus adit.

6, Vaccinatio est in usu, posteaquam et Incl. Cottus medici eam diligenter procurare perexissent et P. D. Minister



VDMinister etiam pro officio suo necessitatem vixque be-  
neficam eius omni ratione ex cathedra sepius demonstret.

7, Scholam VDMinister pro viribus visitat. Docens  
veteranus compluribusque Decanorum suorum encomiis  
ornatus ad harmoniam docendi cum VDMinistro se compo-  
nere nititur.

8, Circa matrimonia secundum Benign. Patentales  
trina promulgatio diversis vicibus observatur. Item  
observatur etiam formula iurandi. Tantum matu-  
ra etatis, utpote masculi 18. virgines 16. annum agentes  
copulantur. Reconciliatio discordium vel separatim  
viventium coniugum per VDMinistram monendo et ro-  
gando, per presbyterium magistratumve item etiam  
animadvertendo puniendoque tentatur.

9, Funera ducuntur cum 2. cantilenis in aula mor-  
tui decantatis, cum antiphonis, oratione 5. precibus  
& prolezione textus intonatis, in ductu per intervalla  
versu alterum sequente decantato, in coemeterio cum  
oratione, benedictione et cantilena valedictoria.  
Cum sermonibus, qui in templo decantata 1. can-  
tilena dicuntur, non nisi adultiores, qui volunt vel pos-  
sunt, sepeliri consueverunt. Absente vel egre de-  
cumbente VDMinistro Scholae rector sepelit.

10, Matricula, Protocolla, Rationes. Haec pro  
ratione indictationis per curatorem faciendae,  
per VDMinistram pro conscientia ducuntur.

B, Character moralis Verbi Dei Ministri.

Vir solide doctus; orator bonus & pius; in munere fidelis,  
sed visus est mihi facile affectu abripi.

C, Bibliotheca eius

Sermonum curricula ex 5. posterioribus annis praesto  
sunt digesta, ex anterioribus indigesta.

D, Habitatio est comodissima, quippe 5. cubilibus, tecto  
capaci, camera, culina, cellaris, porticu constans, ex  
bonis, ut dicunt, materialibus structa.

E, Reditus VDMinistri ex hic adnexa copia authen-  
tica Vocatorialium sub 1. 1.

Promissa sat libere et iusto tempore praestantur.  
Restare pauci solent. Reditus augeri possent, ut  
dignius vivat VDMinister, si, quod plures evangelicae  
ecclesiae <sup>VDMinistri</sup> habent, aliqua habere enitentur, hic etiam  
duntaxat stolares solutiones in argentea moneta  
solverentur auctoritate altissimi magistratus.



## V<sup>10</sup> Schola

A, Rector Scholae modernus Alexander Bako natus Cibinü in Hüttu Sárosiensis año 1792 d. 6. Januarii, ubi grammatica institutione formatus, Trago-  
polim dein humaniorum discendorum causa delatus, et  
illinc Mezöberényium, ubi in Gymnasio sub clariss. Re-  
ctore Andrea Skolka, Venerandis item DD. Zacharia  
Oertel et Georgio Kuvrian sic dictam primam finit,  
denique ad latus senescentis genitoris sui Aradaurensij  
Scholae rectoris accitus, eidem defuncto 1874 d. 6. Febr.  
actu successit eodemque anno nactus senioraliter sibi  
submissam baptifandi et introducendi facultatem.

a, Character doctrinalis et moralis. Tam in Schola  
quam domi solers, diligens, intelligens, officiosus dici  
potest; cum S<sup>d</sup>ministrö et Ecclesia semper adhuc in  
optabili pace et harmonia vidit.

b, Fidelis adeo in docenda iuventute est, ut officio plus  
prestare eum, adpareat. Floris se adligare, si vellet,  
haud potest ob horologij publici defectum et privatorum  
imperfectiorem. Docet omnino tantum, loca scripturae  
sacrae classica, in catechesi utitur pro basi catechesi  
Lutheri & admixculis opusculis Schulekij, anonymi nün  
in Patnyntinfnu fraynu nntrospnuna Vnturrist (Seilen)  
Herderi, Starkü, Fockü, habita simul ratione Dogmaticet  
et Moralit et ceterorum huc spectantium; eodem Lutheri  
catechismo cum S<sup>d</sup>ministrö in catechisationibus utitur,  
verum sensum pietatis religionisque venerorum animis  
infundere pro posse admittitur, et ad familiaritatem cum  
bibliis saltem cum Novo Testamento sane explicativet  
am pericopis memoriae mandatis, historisque bibliis  
ducit.

c, Obiecta institutionis reliqua sunt: historia biblica,  
naturalis historia occasionaliter habita ratione Physi-  
ces, Anthropologia, Psychologia etc; Geographia con-  
iunctim cum memorabilioribus ex historia patria, arith-  
metica, Orthographia cum Calligraphia. — Methodus do-  
cendi maxime analytica.

d, Libri, quibus in docendis his utitur, sunt:  
in historia biblica: Hübner, Stark, Loffoncrü Ky tükör  
in historia naturali: Bartholomeidis, Raffü, Marronü,  
Schmalingü, Koláru, Helmuthüque elementa  
in geographia opuscula Palhovicü, Marronü, Loffoncrü  
in arithmetica opusculum: Püföb pravidelného socto-  
mánj & püjdavtem Korvensté' Dobropjebnosti, item Ko-  
lárre Grantá.



B, Numerus discipulorum = simul 136 hoc ano.  
Maxime per hiemem solent frequentare Scholam.  
Aperitur finita vindemia. Tentamina publica habentur post Pascha secundum decretum Seniorale. Impedimenta non missionis in Scholam, ut ipsi fatentur, sunt paupertas liberos vestendi pro hieme, vel horum aliquorum naturalis incapacitas discendi; infrascripti iudicio tamen parentibus per labores externos evocati enata necessitas pubem domi relinquendi, cum familiis nimium quantum per seorsivas domos divisis, prater liberos proprios neminem, qui vel domum custodiat, habeant.

C, Aedificium Scholasticum. Habitatio docentes scholae iam ruina proxima, posteaquam ligna de vetere templo desumpta ei regenda apta praesto sunt, primo quoque tempore, amplior et comodior ex fundamento renovabitur, contentura, uti nunt, 2. at comodiora cubilia, cameram, culinam et ne forte etiam cellarium. Classis est una satis ampla, ano 1830 exstipata gleba rite adjuvata in qua in praesens cultus etiam divinus peragitur.

D, Reditus Scholae Rectoris = copia reddituum sub 1/2. Ecclesiani stricte tenori vocatorialium inhaerent, quibus didactra satis heterogenea & merita cantationum conditionata sunt. Restant aequae, uti & D. Minipro, docenti etiam Scholae pauci.

E, Fundatio pro Schola nulla est

F, Inspector scholae est nonnisi naturalis, D. Minipro.

G, Libri scholastici usui docentes vel discipulorum inservientes sunt Franciscus et liber funebris.

H, Decanus scholam praeterquam tempore anniversariorum examinis post Pascha haud visitat, magisque refert Senioratui quam praescribit docenti lectionum seriem.

III<sup>o</sup>, Obstetrices sunt duae Panna Bencsik vidua et Maria Jardenk, per chirurgum haud instituta, neque adiurata, tamen sobria, infantibus in casu summo necessitatis sic dictam benedictionem impertunt. Secus infantes debiles quoque tempore ad D. Minipro, vel hoc absente ad Levitam baptizandos adferunt. Solutio nem habent stipulatam, ab uno puerperio 8 grossos et 1. panem.

III<sup>o</sup>, Vespillones sunt nulli, siquidem vicini et proximi sibi mutuo illud officium prestare solent;



foveas in recentiore coemeterio debito ordine et sat profundas secundum prescriptum fodiunt

**VIII<sup>mo</sup>** Instituta pauperum in ecclesia cassaque pauperum est nulla. Pauperes non nisi benivolis oblatis privatorum sustentantur. Orphanorum provisio sit ex parte Domini per Fiscalem dominalem iuxta a hominum memoria

Choralista sunt nulli beneficii alicuius participes. Domicilia pro viduabus <sup>et</sup> Ministrorum et Scholae docentium, quemadmodum etiam fundationes pro iis nulla. Secus tamen per ecclesiam adiuta, etsi nunc nulla talis iuvenis necessitatem sentiens in ecclesia reperitur.

### **IX<sup>mo</sup>** Annua devotiones

Sermo eucharisticus post messem et vindemiam haberi solet. Reformationis necessaria notitia in catechisationibus et catechumenorum institutione quadragesimali animis tenerorum ingeritur. Memoria consecrati templi dominica ante diem vel ipsa die succedat, quippe quo templum consecratum, cum sermone accommodato quotannis recolitur. Iudex et magistratus etiam solent cum allocutione in templo adiurari.

Famulatio officia eius non nisi ferente ita recte argumento proprio aut sublimiore et remotiore commendari solent

### **X<sup>mo</sup>** Gravamina

**XI<sup>mo</sup>** Abusus abrogandi in ecclesia proponuntur non nisi: balneatio feris Paschatis; comestiones tempore baptismi in primis nuptiarum, et turbulenta nonnunquam die Sabbathi resurre a parte iuvenum per plateam suscepta virginum visitatio

Datum 13 Maji 1836

scripsit Daniel Abaffy  
Ecclesiae Totaradac, <sup>et</sup> Minister

Sub ipso actu visitationis constituta sunt sequentia:

1. Festum Reformationis circa 31. Octobris pleniter esse in cultu divino celebrandum



2. Balneatio ferus Paschatus serio inhibita, ex-  
cutioque inhibitionis huius tum locali & Ministrorum,  
tum locali magistratui commissa

3. Comestatio tempore baptismi et nuptiarum, ne  
iustos limites excedat, potenter commendata.

4. Cum gaudio suscipiebatur presertim Julij Nobilium  
Alexandri Stankovics a parte Johannis Torontal ex-  
hibitam testimonium de colonij Aradacensibus, quod se bonos  
et obediens exhibere consueverint & pro exemplo con-  
munitatibus aliorum rituum proponi possint.

5. Spectabilis Dominus Johannes Torontal Ordinarius Geome-  
tra Samuel Szathmary Helveticus Confessionis, Minis-  
trum Aradacensem protocollo inferere iussit mentem  
suam de dependendis Ecclia Aradacensi in adiuva-  
men novi templi edificandi centum Florenis; pro qua  
testata beneficentia tam ecclesie quam possessionis  
Totaradac primores, eidem spectabili Domino, una  
cum ipsi Reverendissimo Domino & cunctis honorationi-  
bus in Totaradac, occasione positorem, novi templi  
fundamentorum congregatis, decentissimas egere  
gratias.

Joannes Treberingius  
Montanus Imperatoris

Matthias Ambrosy  
Ecclia M. B. C. K. C. S. V. D. M.  
h. t. Senior Banaticus.

Daniel Blaffy  
Senioratus & Actus S. S. S. S.  
nalis Notarius



poznámenání Duchádků Kocných Slova Božího  
kázatele při Cirkvi Evangelické Förs-  
Amälské!

1. Od každého Dezenj Dve, od půl Dezenj jednan,  
od čtrvrti půl Prestpuršké Merice nycudeného  
Žita.
- 2, Od každého färu zem nemagjenzho Želire  
neb Kemešnja pul Prestpuršké Merice  
nycudeného Žita.
- 3, Tri Offeri na slavnosti, z kterých třetj část-  
ku, galo z zporvedlnjho penjze šesta částku  
brati bude Jan Rektor
- 4, Od pohrebu s špervem 18 xr. s parentaci  
30 xr. s kázánjm 1 Rfl.
- 5, Od Kobaske s Grostu; od Vrodu mladé nevesti  
1 gros, klinovnjel z pecenta; od Vrodu šestone-  
delky 1 gros, Chleb z šlepku.
- 6, Od každého Gazdu na Jana Kofuta, a od kaž-  
de rodiny wrece.
- 7, šest šgaly dřeva, a slamy neb Erstini na  
kurivo kolik treba.
- 8, Vjno po teg lene, gat oni vs čas dävänj vjna  
svogé domezu, domesti povinni bädau.
- 9, Na Colledu od každého Cirkovnjla 1 gros

10, Každoročnē



10, Každoročně 24. Prosopuršké Merice zemět.

11, Sessiu Faršku, Eterá celá gest, Každoročně  
a na čas zuporit, zorat, pošgat, zežat, zvážat,  
zvožit: Luku do statečného vžitku priverst  
a Produ zrobit y dorvest; Konopisko zuporit, zó-  
rat, zasgat, a Drvur y Zahradu naležitě o-  
pravit.

Collatum cum Protocollo  
Visitationis Superinten-  
dentalis d. 2. Aug.

1818, in quo ad Nrūm  
primum adjectum habetur:

„Ab una octava Sessionis  
unam quartam metretē  
posohiensis Tritici.“

Per Joānem Kebloršky m. p.  
Ecclē Nagylakiensis S. Dm.  
et H. Venioratus Békés-  
Banatici Jur. Notarium.



/:

Copia Vocationalium Tot- Aradacienſium  
Rectoralium.

Cyrkeru Ev. Aradacſká svému P. Kantorovu,  
Organiſtorovu a Školnímu Včitelovu nasledující  
plat ſlibuje :

- 1, Jednu čtvrt šerſy od N. Janſtra vydanu, po-  
vyny budeme vhoriti, orati, zaſgati, zežati, a domu  
dovéſti
- 2, Zahradu pri dome povyny budeme na gar zorati,  
dum, dvur y zahradu vhrarovati, opatrovati.
- 3, Konopniſko vhoriti, y po druhýkrát v orati, Edyž  
ſe bude mſti ſemeno ſgati.
- 4, Luky ſkoſyti, vhrabati, y ſeno domu odvéžti.
- 5, Celou šerſy držíjy ſarovati bude jednu Preſpur-  
ku Merycy žita; pul šerſy magjy pul Meryce  
čvertinár, zelgar a Kemeſnyk jednu čvertáckú,  
a ſyce tak, aby to žito bylo čiſté; to geſt: bez praehu  
a bez ſmeti, a aby každoročně ſe do Mychala ſneſlo.
- 6, Od vynavčování dſtek a orgánování 25. Rf. ro geſt:  
pet a dvadcet Nemeckých zlaty, a od každého dſte  
do ſkoly chodjícího 7. xri
- 7, Mčas poſtný jedno každé dſtě povyné bude dati 7 vager;
- 8, Od jedno každého Zgata neb Žáčky jedno kura,  
Edyž dſtě do ſkoly pryvedené bude.
- 9, K potrebe kuchynſké tři ſgaby dřeva.
- 10, Chyžu P. Rektorovu povyná bude Cyrkeru po-  
trebným kúrivem pres celý rok zaopatřiti, nech  
to kúrivu bude ſlama, třtina anebo ſtrniſko. To  
ale, že P. Rektor bude mſti ſvau ſlamu, nebude

žadna



žádná dostatečná příčina k stáhnutí tohoto kurisu.

11, Od každého žáka a žáčky bude mít 7. Rektor deset knoží trstiny, kterými se bude kurtit škola.

12, 3 kolleky Ery-králové bude mít třetí částku, z peněz, z s globás, z ze stromy, z obyč, z cveran a t. d.

13, 3 Dffery Wánočný, Welponočný z Šurjčný třetí peněz

14, Kantace čtyry: na Martina, Wánoce, Welku = noc, a Šurjce.

~~15~~ na Blažege a Gregora pošlu se chlapcy.

15, Ze špovednjho penjeze šestý peněz.

16, Od pohrebu ze spjvanjm 3. grolde; s pul kázánjm 4. grolde; a s celjm kázánjm 6. groldj.

17, Od Weršku pohrebných 17. groldj.

18, Drvanact šijl bude Cyrkeru porožná zemleti, obyčegně ale mele se, kolik P. Rektor potrebuje.

Wáno v Aradácy d. 15. Sept. 1807.

Vocationem hanc cum voto felicissimorum successuum rati habet Joanes Simonides Ecclae Orshariensij Parochus atque Eccliarum Ev. per Arch. Sottus Bekes, Arad atque Banatum Senior. (L.S.)

Hanc Vocacionales Ecclae Tot-Aradacy confirmat Joanes Rakovitz V. D. M. et Decanatus Banatij Decanus. (L.S.)



Anno 1836 die 3. Junii peracta est visitatio Canonica Ecclesiae Evangelicae M. Beckere-  
rekiensis per Reverendissimum ac Amplissimum Dominum Superattendentem Districti  
Montani Joannem Scheberinyi, praesentibus: Admodum Rev. D. Daniele Hoffy  
Ecclesiae Totaradacae V. Ministro & Seniorali Notario; Penultimis item Dominis  
Joane Tichy Caerum unusque Fori Advocato, Martino Wessling Oppidano Sena-  
tore, Michaeli Hoffy Caerum utriusque Fori Advocato, Carolo Septrebingi Op-  
pidano Perceptore & Ecclesiae Evang. Magnobeskerek Inspectore, Paulo Travits  
Oppidi Magnobeskerek Senatore, Alexandro Bako Sibold Totaradacensi  
Rectore, Daniele Kubek Poorn Totaradacae Vicenotario.

Objecta Visitationis fuerunt:

1. Mater Ecclesia M. Beckerek, quae est in ambitu R. Cameralis Priv. oppidi ejusdem nun-  
cupationis. Origo ejus, cum coetus hic novus recentissimis solum his, quibus vivimus, tem-  
poribus in corpus unum coaluerit, nulla prorsus premitur nube obscuritatis; quarenda  
quippe in faustioribus illis annis, Edictum Tolerantiale & legem religionariam 1791  
secutis, quibus opifices aliqui sedes hic fixas populerunt, inter quos Szametz, Kútaky, Kon-  
koly, Tonházy, Machalek &c. praecipue memorandi. Filiam hanc vicina mater Ecclesia  
S. Aradacae sinu suo forebat ad annum usque 1820. quo, aucto jam numero consortium  
fidei, intertenendo religionis exercitio pari, ipsa in matrem erecta, primo Ordinario  
V. Ministro suo Michaeli Obetko gaudere coepit, posteaquam duplicem fundum domalem  
denegato per R. Cameralem Administrationem Temesiensem, ob defectum, legali fundo intra-  
villano, are proprio, 4900 utpote val. flnis, a Spectabili tunc, nunc Magnifico Domino  
Confiliario Kaszonyi alterum, alterum a Domino Kofatolányi emisset, aedificiumque uni-  
eorum superaedificari (strui) coeptum, ex nudis muris sine tecto constans, partim tectis-  
set, partim continuasset, partim vero dilataisset, ut adeo & Minister id inhabitare protu-  
erit, & in contigua ejus parte sacris faciendis fieret aptum. Sacrificia hic etsi magna,  
nec tamen ejus generis fuerunt, ut non ea ferrent animi quam libentissime, salutis suae,  
honoris Evangelici, floris proprii, commodique venturae posteritatis ad exempla majo-  
rum suorum studiosissimi. Nobili cogitandi ratione idcirco eminuerunt temporibus illis:  
Samuel Frombach, Matthias Likavetz, Adamus Ambrozy, Samuel & Joannes Meleghy  
Michael Obetko, Georgius Szlezák, Paulus & Nicolaus Tabory, Georgius Schnapps &c.  
quorum alii plus vice simplice 400 & ultra, 100. 50. 20. ad laudabilem sanctumque hunc  
finem contulerunt alii florenos. Primarius Inspector germinantis coetus illius fuit Sob  
de Sancsalyi, quem satis hic suis defunctum in officio hoc non opiparo, sed honorifico  
migrans, vices suas D. Samueli Frombach, Civi olim, dum viveret, electorali, officio  
pellioni, viro singulari commendavit; qua quidem ille provincia ad annum mortis suae  
1832 non sine fructu in Ecclesiam nunc quoque redundante fungebatur. V. Dm Michael  
Obetko, exactis hic 4 fere annis, ad Fazekas-Vársánd vocatus concessit, relinquens lo-  
cum suum Matthias Ambrozy, ex Bajsa (Ven. Senioratus Bács-Syrmienfis) a. 1825.  
tum provehendi problema haud facile solum contigit; jamque praeterlapsa est XI. hyems, qua  
et Ecclesiam ejus, & eum ipsum spse venturi latioris veris solatur, officiis non levibus occupatum.  
Qui vero a primordiis ad annum 1820. hypostaticum munus docentum gesserunt, fuere: viri S.  
Thomas Zaturjky, Theophilus Kovács, & Michael Obetko, quo posteriore ordines sacros adep-  
to, Carolus Dobryk, Daniel Kupferschmidt, ac postremo Nobilis D. Emericus Rakányi, inspi-  
tutionem juventutis, Chorigue rectoratum curandum habebant, & habent. Omnes hi. variam  
hic loci experti sunt fortunam; quam tamen enarrare & longum, & non satis verecundum, & inu-  
tile foret. Sufficiat id ad memoriam posteritatis pertulisse, Ecclesiam hanc novellam per ardua  
sua initia nec jus in optimos quosque habuisse, nec optimum quemque diu cum forte nover-  
ca collectari voluisse.

2. ab ultima Inspectione hujus Ecclesiae, tum filialis, per Reverendissimum olim  
Superattendentem Dominum Adamum Lovich canonice facta, id praesertim memorabile  
accidit, quod Evangelici aug. Conf. hujates reformatis Fratribus arctius jungi coeperint,  
etsi politice magis, causam uniendarum virium materialium, quam dogmaticae; dein, quod Ec-  
clesia haec anno 1831. per morbum contagiosum, vulgo Cholera dictum, maximam, si cetera specten-  
tur religiones, membrorum suorum fecerit jacturam. Ceciderunt enim amplius 86. nostratum;  
qua strages in grege vix 600. fidelium, comparata cum victimis totius hujus oppidi 600. &  
quod excurrit, incolarum 14,000 & ultra numerantis, utique nobis maxime sensibili, censenda est.



3. Numerus animarum, secundum recentissimam conscriptionem, quosannis in schola  
praesente convocato populo fieri solitam, est 594, huc nequaquam intellectus 122. in Filiabus  
Etska ac Lukácsfalva degentibus. Nec tamen calculus earum semper certus duci potest, prop-  
ter famulos, ancillas, sodales, colonos, ipsosque lucifugos vinícolas dispersos, etiam ante decem  
sum anni continuo emigrantes & imigrantes. Paria conjugum pure Evangelicorum vivunt  
86; mares Evangelici uxores Catholicas habentes sunt 27; mulieres Evangelicae maritus  
Catholicis nuptae 8; matrimonia vero graeci r. n. u. mixta 2. Proxime elapso anno 1835.  
nati tum in matre, tum in Filiabus leguntur 29; mortui utrobique, nec non in Oppidano  
Nosocomio, ipsisque Carceribus Comitatenfibus 28; copulati vero, iique tam puri quam  
mixti 16. Confirmatorum nomine gavisi sunt pueri 8, puella 7.

4. Oratorii externa longitudo efficit orgias 10; latitudo pariter externa 3 1/2  
Numerus sellarum 18. Sacra Cathedra, in nudinis emta, redolet ritum temporum  
graecorum non unitorum. Baptisterium est ligneum, interne pelvi cuprea provivum.  
Organum duos ante annos a hujate Ecclesia Catholica 500 flnis Val. emtum, partibus  
a consage disjunctis sepositum jacet in pavimento templi ejusdem Ecclesiae. Omnipotenti,  
hominumque auxiliis confisi templum cum turri adificare coepimus.

5. Inter Ctenodia referenda sunt: calix cum patella inauratus; pixis cuprea  
Cantharus e terra porcellana; candelabra stannea 4, ad sensum pulchri Orientalij  
Ecclesiae efformata; tegumenta altaris tria, duo quippe alba, tertium nigrum, in serena  
maximi pretii id censetur, quod munificentia conjugum Hutteri, & merkeri paravit;  
mantilia similiter tria, haecque inter sericeum unum, ornatum fimbriis auro inter-  
textili coruscantibus, ab uxore civis hujatis Nicolai Táborj dono acceptum; alba  
duo, altera brevis, longa altera; ferramentum hostias pinfens unum; libri autem  
usibus templi dicati sequentes: libri agendorum 4. duo quippe trilingues Sinox-  
triani, unus Hungaricus Kissianus, numero tertius, quartus Consistorij Wien-  
nensis, ambo hi posteriores recentissime editi; praeter hos Postilla Hungarica Kissi-  
ana; Slavonica Blahoiiana, sumtibus Joannis Meleghy procurata; Germanica  
Palmeriana; Libri item Cationum Slavici duo, Hungarici totidem, germanici  
5; Liber precum duplex, Jacobei nemyse, & Palumbinyii, quorum posterior a re Mat-  
thia Sikavetz juris communis factus. His addendum Novum Testamentum  
Germanicum; Evangelia Hungarica & Slavica; denique Catechismus Luthen-  
interprete Herdero.

6. Campanis Ecclesia gaudet duabus, alteri majori 4. Cent. 80<sup>th</sup>, insigni  
liberalitate Joannis Meleghy nacta, minori 3. Cent. alteri, utrique 1831. fundi jussa.

7. Reditus Ecclesiae modici colliguntur: ex offertoriis, benevolis oblationibus,  
pulsu Campanarum funebri, interusuriis, atque una Coloniali Sessione terra ara-  
bilis, ab Excella Camera erga quosannem de pensionem unius flni Val. a jugero ad incer-  
tum tempus gratiose obtenta; insuper annua solutione ratarum, hactenus in Classe  
novem ad vires cujusvis in conventu repartitionem subire solitarum. Etiam Caspi-  
talia quadam, summa virium contentione collecta, excensuari solita sunt in annum  
semper unum; quae quanta fuerint, liber rationum annorum praeritorum docet.  
Summa proventuum anni 1835 accrevit ad 4909 fl. 42 xr. Erogationis vero ad 2457.  
& 16 xr. manserunt itaque in arario 2458 fl. 26 xr. fini edificandi templi destinati.  
Anterit vero ex bonis his Ecclesia fluxis ac mobilibus, incuria nostra, aut temporum  
vicissitudinibus nihil, quia pecunia non nisi in annum unum elocatio obinet, quo  
decurrente eadem edicatur, repetitur, ac deponi urgetur. Administratio redituum  
Ecclesiae fit per ejus Curatorem, conformiter consensui praeve communi. Cassa, ut lo-  
corum fere ubique, conservatur in adibus Parochialibus; Minister vero inscribit  
tam percepta, quam erogata omnia, reddente cum fine anni desuper in facie Con-  
ventus Curatore rationes. Influxus itaque v. d. ministri ad Casalia est magis  
passivus, quam activus, suadente id prudentia; nec tamen, inconsulto eo, erogatur  
quidquam.

8. Archivum Ecclesiae consistit in indicibus benevolentium olim oblatorum  
offertoriorum, annuorum pensorum, litteris item aliquot Emlio-Venditionalibus, non  
secus Testimonialibus Hottij Torontaliensij super moribus hujus Ecclesiae. Catalogis illis prius  
memoratis suffectum est serius Protocolum rationum; aliud vero, actis Conventuum locali-  
um connotandis inserviturum. Matricam natorum, mortuorum ac Copulatorum inve-  
nit modernus v. d. m. unicam. adest tamen Protocolum quoque Intimatorum & Curren-  
tium, & Actorum Conventuum tam Senioralium, quam Districtualium.



10. Filiales mater hæc numerat duas, Etiskam quippe & Lukácsfalvam, utramque in territorio Inelyti Dominii ab Lázár, Becskerekienfi vicinisfimo. Sunt vero hi coloni Contractuales, cultura agri, ac herba nicotiana dediti Hungari. Cum sint mobiles in annos, oratorio & schola defututi, sacra frequentant nostra oppidana; prolem suam sâmen erudunt in Elemensaribus tum parentes domi, tum exerceri admittunt sub solitis cautelis per eiatem villicum docentem R. Catholicum; confirmantiam demum in doctrina religionis mittunt ad suum animarum Curatorem, cujus officiosa opera tribuent ab hinc conventam mercedem in dupla stola illius, quæ in matre obtinet.

11. Quod attinet regimen Ecclesie Politico-Oeconomicum, gaudet ea Inspectoribus duobus, Perillustribus utpote Dominis, Carolo Tichy, Fiscali, & Carolo Jektrebinyi, Perceptorè oppidano, viris egregiis, quorum uterque partes suas & novit, & agit, ad jura Ecclesie certe vigili animo intentus; rationes Curatoris, nunc Joannis Meleghy, a munificæ liberalitate noti, non exigente solum, sed in Conventu palam examinare quoque conuevit. Huic prælegitur instructio, quotiescunque officio suo sive per jusjurandum, sive publica fidelitatis declaratione coram populo divinis occupato initiatur. alter Curator, huic auxiliarius, est ex Germanorum quoque parte, a multis jam annis communi omnium fiducia ornatus, Stephanus Flutter. Aditui sunt in præsens duo, Carolus Ambrozy, & Paulus Halásk, quorum fatigia reperiuntur immunitate partim a laboribus & servitiis stricte oppidanis, partim vero a solutione pensæ Ecclesiastico-domestici. Interim Presbyteriorum ad ideam Evangelicam practica consuetudo suis præmitur difficultatibus; convocantur attamen, quum in commune consulitur, boni quique, ac a humanitate, sapienti item maturoque judicio notissimi, non exclusis etiam rusticis. Arcessiti in schola plerumque confidens.

111. Status Ecclesie internus, moralis, ac religiosus is est, ut Slavi, & elum in frequentando cultu divino dominicali, uti hæc devoti eorum animi laus jam antiquitatis per crebrescebat, manifestent maximum, in quotidiano opifices minorem; ut dies dominici laboribus, strepitosisque Choreis non facile per nostrates profanentur, sæpius contra per alios; festa tamen stricte Catholica, ad mentem legis patriæ Resolutionumque R. Aulicarum non nisi quoad forum externum observari debere inculcetur. Utrum contemtores cultus divini aut S. D. Coenæ in sinu hujus Ecclesie delitescant, id mortales, ad penetralia præcordiorum impervii, satius numini omnifido dijudicandum relinquunt. Fideles nostri, qui lecturæ ac scripturæ ignari essent, sunt pauci; mittunt enim sat solerter in scholam liberos; qui vero inter Slavos rusticos officium hoc momento suo sanctum jusque deque habent, prætextam paupertatem in pendendo didactro sibi oneroso causantur. Dubitandum attamen est, an domus S. sint universim, libro Cationum carentes; multa instructa sunt Bibliis, alia novo Testamento. Mores in concreto spectati sunt & apud multos culti, & apud plurimos emolliti, & in parte plebis minore rudes. Matrimonia ambigua felicitatis quædam; conjuges separatim viventes 3; in illicito nexu per vineas malis asylum præbentes 4. vel 5. sese hætenus occultabant; de cui morbo contagioso moraliobice ponendo consilia hujus vdm cum locali Parocho R. Catholicico Reverendissimo Domino Joanne Várady, Titulari Canonico, cumque Venerabili gr. r. n. u. hic loci Protopresbytero contulit, utriusque Viri gregem querelâ hæc pari gravitate feriente, ab iis auxiliariarum manuum sollicitationem consecutus circa medelam apud Jurisdictiones quærendam, & ut sperare licet, impetrandam. Minima enim Ecclesie Spirituales Pastor qui auderet solus sese exponere pravorum vindictæ cupiditati? aut qui credat effugere posse in conatibus ad illegales hominum actiones infringendas vergentibus proprii solum lucri augendi tristem suspensionem? Intra tamen decursum xl. annorum duo nisi infantes extra matrimonium geniti leguntur. Monita dehortationes, precesque sunt nobis unicus modus moraliter agros sanandi, ad quod ingrati generis opus sensandum amici, sanguine, affinisare, imo ipsius quotidiana necessitudinis nexu juncti prudenter disponuntur, et ministro aliquo plurimum sudante. Frustra lavati Phryges temporari omnium rerum auctori, ac respicientia providissimo magistro, interim ad frugem reducendi relinquuntur; sæpenumero amplissimo magistratui nostro corrigendi traduntur. Ast in carceribus Inc. nostri Comitatus publicis e medio nostri ad memoriam hominum ob delicta graviora squalescebat nemo, cujus asserti veritate literæ quoque publica, in originali ad altissimum thronum sine commendandæ causæ nostræ dimissa, in sanibus vero authenticis in cista Ecclesie conservari dignæ, testantur luculentissime. Zelus quoque benefaciendi non minimus est.



est, imo dignus, qui laudetur. Sacrificiis enim privatorum tribuenda est maxime ea, qua perfruimus, mediocri fortuna. annis namque superioribus magistri Cehales nostra religionis, praesertim Cothurnarii eam, quam ex mente Altissimarum Resolutionum in capita dividi solitam, retinere suis proferent, magnanimitate Ecclesia usibus dicant obtingentem pecuniam Cehalem, pro statu Casae mox 20. 30. mox 300, imo, veluti praesente vere 500. florum Val. Summam adequantem.

IV. VDM modernus est Matthias Embroz, quem Sxjelnitz, oppidum Cottus Lipsiae viciensis Camerale, genuit Slavum, studiis Grammaticis nutritus Neoplatonice, Rhetorico-Poeticis Esperis inum, Philosophico-Theologicis Schemnitzium & Sopronium. Diuturna illa praedictio Universitatum Germanicarum, jam a<sup>o</sup> 1819. publicata, persuasit Reverendissimo olim Domino Superattendenti Adamo Lovici necessitatem meam ad Ecclesiam Neoplatensem ordinari mittendi; unde vix duorum annorum minister ad Baysensem vocatus, gravibus ex causis, consentiente Seniore tu Bais-Syrmienfi, concessi, refusus per hanc illi ordinationis sumptibus; illinc vero duxit me, post ibidem exactos annos prope 5, ad hanc, in qua ab a<sup>o</sup> 1825. animos excolam, inperferutabilis Supremi numinis providentia fidelium societatem. Hic pro necessitate populi, triplici nationis generi addicti, curo divina vicibus alternis linguis triplici, Hungarica utpote, Slavica, & Germanica, praeter quas Latinam, & ex parte etiam Gallicam calleo. Pro ratione conditionis valetudinis, temperici coeli, indolisque hominum, antea sapius, nunc parcius invisere solitus sum eos, quibus omnibus placere est durum, imo nemini datum: gloriari tamen audeo sincerissime bonorum quorumque & amore & studij pacis; eorum namque favor compensat, quae mihi difficilis negavit fortuna. Utrum memoriter pro concione dicam, Ecclesia, utrum sermones scribam, libraria supelle, & perhibebit testimonium. Commuto autem praescriptas Pericopas in vices liberis textibus, iisque etiam in annum extensis, temporum tamen vicissitudinibus, locis, personisque accomodis. In dehortationibus a vitis cum me ipsum prius esse oportere judicavi, quem Salvator ac Paulus praecone Evangelii desiderant.

2. Catechisationes pomeridiana dierum dominicalium ad praescriptum hactenus tempore aestivo habebantur; quia vero observatum est, hanc anni partem esse ob labores campestres, ipsaque intensum aestum, quo corpus, animusque languescunt, ingeniiis exercendis, longiorique attentioni acuenda nequaquam opportunissimum: a feriis Paschalibus ad messem usque juventutem tam scholasticam, quam adultiore in doctrina religionis abhinc institutum iri publicavi. Catechumeni, alternis annis sese praecipitis perficiuntur duce Sokio, sicque praeparati confirmantur die viridium solemnitatis. Neogami ob impedimenta in urbibus pene insuperabilia praecipitum insitui nequeunt.

3. Cultus divinus quibuslibet Domini diebus varius est, revertens idem quotibus tertio; apud Slavos & Hungaros semper hora matutina 8; apud Germanos vero 10. inchoari solitus, pomeridianus tamen populo Slavico, quod numero maximus esset, concessus est; cui preces matutina quoque cum meditationibus sacris a festo Sanctorum ad diem usque Georgii, bis intra hebdomadam, maxime usitatae sunt, apud Hungaros frustra sensare. Vigilamus strenue, ne hora devotionis, culpa praesertim juvenilis levitatis, quae ipsam detrimenti capiant, quae observata protinus finito sermone in herba supprimitur. Durante Quadragesima selecta meditationes non unius auctoris ex historia passionis desumptae praeteguntur; hujus vero praecipue argumenti liber Schulekianus, recentissime commendatus, comparabitur. In Lyturgicis essentialia mutantur nunquam.

Ecclesia Mramorak. A, Mater in Confiniis Militaribus nominatim in Regimine Theuto. Praesens sita originem cepit anno 1820 a quo tempore nullas vicissitudines subit. Primus ejus Minister fuit Samuel Grossmann qui lapsso triennio, quo facris profuit Ecclesiae validavit. Ei successit interimiter Dominus Joannes Schimegh qui tamen ob nimiam intemperantiam in potu denuo valedicere debuit. Hunc successus est 2 Octobr 1831 Dominus Petrus Kramer qui per  $1\frac{1}{2}$  anni munere sacro functus Vocatorialis Ecclesiae Ludovicopolensis decessit. Hunc tandem successit 22 Oct 1833 Dominus Philippus Boltz qui jam tertium in annum sacra praestavit.

Numerus animarum efficit 406; masculini 208, foemini 198; confessionis capacium 259; parva conjugum evangelicorum 109, mixtorum nullam; nati 1835 36, mortui 20; copulati 4 parva; confirmati 10, pueri 6, puella 4.

Templo Ecclesiae caret. Oratorii statim primo anno ab origine Ecclesiae constructo longitudo efficit 8 orgias, latitudo 5. Sacra cathedra prout etiam altare lapideis sunt constructa. Baptisterium, chori, organum, epitaphia non praesistent. Censurae Ecclesiae: Crucifixus, calix, patella et candelabra s. orichalca reperuntur; prout et candelae caret Ecclesia; segmenta altaris album et nigrum; ferramenta pro hostiis praeferendis nulla sunt; librum Ecclesiae solummodo canticam possidet.

Reditus Ecclesiae colliguntur non nisi tintinabulo et offerentiis. Fundos Ecclesiae praeter locos Templo et Parochia destinatos nullos possidet quorum etiam usum tandem capit, donec tanti fuerit memorata edificia construere. Activum capitale habet Ecclesia 514 floos conventionalis, qui apud centuriam Deliblatin locata seare carent. Debita nulla sunt. Proventus Ecclesiae anni praesentis efficiunt 30 fl conventionalis, erogatio hucusque effl. Conv. in curia manserunt 514 fl. Reditus nulla alia ratione possunt augeri, quam si praesens pecunia in foenus dantur; dein si quilibet domus v. miniam particulam propriam redditum Ecclesiae offeret, ad quod tamen maximo studio hucusque vero moveri potuit, ob illam solummodo causam quia pecuniam nostram in ariter jaentium usum capere regimus. — Reditus administratio fit per centuriam, ubi etiam capsa conservatur. Reditus tintinabulo et offerentiis collectos inscribit, P<sup>r</sup>o-Minister qui tamen mox sub fine mensis mox etiam finis capsa tradi dnt; ad erogationem nullum habet influxum. Pecuniarum librum rationum centuria ut habeat neque est, siquidem Incolta generali militari praefecto rationes quotannis reddi debent. Ecclesiam aliquo propter fundos v. capitalem nulla est hie.

Archivum Ecclesiae, libri Ecclesiae. — Documenta Ecclesiae nulla praesistent; matricula adeo unica cui in defectu peculiaris protocolli etiam intrinseca et censuales libere inscribi solent. Inventarium rerum Ecclesiasticarum, parochialium, scholasticarum est apud Centuriam. Coemeterium jacet extra pagum, circum circa quo est  $\frac{3}{4}$  jugeri, in usum a duobus annis usum graminis hucusque Minister cepit.

III, Filialis est Albo: Ecclesia (Univ. lingua) tam templo quam schola dissipata quam Mramorakensis P<sup>r</sup>o-Minister sumptibus curari facia coena administranda causa quotannis semel visitat. arina possunt epi circa 20.

II Regimen Ecclesiae politico oeconomicum. Inspector est Incolta Regimen Theuto. Danaticum — Coventus peculiaris non celebratur — Curator est Christophorus Pohlund confiniam; offi suo desungitur; salario caret

III Status Ecclesiae internus, moralis, religiosus. Zelus in frequentando cultu divinis dominicali laudandis, quotidianis hiemali tempore mediocri, estate raltus — dies dominicae nec laboribus nec fastibus profanantur — prave consuetudines a templo abstrahentes non reperuntur. Lectura et scriptura plurimi sunt quoniam libri diligenter in schola tam mittuntur. Libros sacros devotionem alentes praesertim biblia per omnes possident.



Mores universae Ecclae sunt probati - Matrimonium infelix nullum est - conjuges diffocati et separati viventes non dantur - Infans extra matrimonium natus est nullus - Vitus obca pona per P<sup>r</sup>oministrum mox paternis monitis, mox juventute - Esina Ecclae in carceribus, publicis ne tamen est. Superstitionis species prae magiam non dantur. Zelus beneficiendi Ecclae ob causas supra memoratas penitus deest.

IV. P<sup>r</sup>oministrum. Praesens P<sup>r</sup>ominister Philippus Böttz natus Francofurti die 24 Aprilis anni 1809, 13 aetatis anno adit Gymnasium Metoberingense, ubi usque philosophiam studia tractavit, consumtis ibidem 8 annis perrexit Saponium ubi per triennium studio philosophico et theologico operam navans vocatorialis Ecclae Mramontensis acceptavit, siquidem per Reverendissimum Arum Superintendentem Joannem His 24 Sept 1833 in P<sup>r</sup>oministrum consecratus est.

A. Muneri sacri administrationis. Auditores cum quibus pacifice vivit, diligenter solet inspicere sermones sacros alternando ex evangelio et epistolis textu plurimum scribens, memoriter dicit. - A vitas tam universae tam crassissimis detortatur. - Catechisationem inchoat die dominica 40<sup>e</sup> quas juvenus tam scholastica quam adultior diligenter frequentare solent. auctorem sequitur Herderum Lutheri catechismam minorem explicantem. Eandem auctorem siquidem juvenus alio libro caret, sequitur Minister etiam in institutione catechumenorum quae praesque tempore quadragesimae inchoari et die Kirchum ubi solennis confirmatio praerogitur finiri solent. Nequam non inspicantur.

Cultus divinus die dominica mane praerogitur hoc modo: Praemisso cantu P<sup>r</sup>ominister pergit ad altare ubi suis precibus lectum evangelicum alternatim cum epistolis perlegit, praerogitur hic cantus continuatur, deinde cathedram ascendit, dicto sermone suis precibus dictaque benedictione descendit, tamque brevis cantus cultui divino finem imponit. Cultus divinus pomeridianus incipit a cantu et precibus ex cathedra dictis, cantu claudit. Quotidianus eque a cantu incipit, fundatur precibus et loca praeparantiora Novi Testamenti explicantur finitibus hic cantu clauditur. Juvenus sub cultu divino semel honeste gend. In luthurgicis sequitur Minister agenda Lindobonensia.

Sacramenta. Baptismus semper in templo administratur, compadres veniant mox plura mox pauciora para - Terminii sacra Coena administranda designati sunt tres: festum Nativitatis et resurrectionis Christi et festum Pentecostes, quolibet terminio semel celebrari solent, annue confitentis sunt 250.

Morbidorum provisio. Vocare solent Ministerum pro omnes, qui eos tamen etiam non vocatus adire solent; medicis in casu necessitatis utantur. Vaccinatio est in usu, cuius tamen commendatio ex cathedra eo minus necessaria est, quo magis per praescriptum Regimen urgeri solent.

Scholam Ministerum visitat quovis septimana mox semel mox pluribus, consilia docens accipit. Circa Matrimonia. Primum promulgatio diversis vicibus secundum benedictiones quas patentes prout etiam formula juris jurandi observatur; imatura aetate non copulantur.

Tunera hoc modo ducuntur: finito cantu in aula mortuus sub cantu ad locum sepulturae deportatur praerogitur ibidem precibus dictaque benedictione sub cantu inhumatur. Sermones mortui, non nisi adultioribus dici solent. Sepelliantur omnes per P<sup>r</sup>oministrum

Matriculae et protocolle accurate ducuntur.

- B. Character moralis P<sup>r</sup>oministri. Vir adhuc juvenis; opus habet uberiori doctrina; orator non malus, ceterum parvus.
- C. Bibliotheca P<sup>r</sup>oministri ex libris aliquibus theologico et classico etiam germanicis.
- D. Aedificio parochiali P<sup>r</sup>ominister contentus est.
- E. Reditus P<sup>r</sup>oministri in adnexis titulis vocatorialis authentici descriptis consistunt. Praesumptio debite et rite praeparari solent. - Ex redditibus nihil est disruptum.

#### V. Schola.

A. Rector scholae est Lucas Petter qui finitibus Metoberingii scholis grammaticis Schennitzium finitibus condidit et ibi finitibus Logica domus redue manus docentis suscepit. Character doctrinalis et moralis et laudandus; in schola severus ac diligens; domi pacificus, debitam reverentiam cum Ministerum reverentiam; cum Ecclae et P<sup>r</sup>oministro in pace et harmonia vivit.

In docenda gravitate fidelis est; horas institutioni 5 per diem distinctas negli-



gere non solum; jussu tempore inchoat, lectiones non interrumpit, cantum loaque  
s. sacra classica docet; libello in catechesi eodem cum Ministris editus. sensum  
religionis et pietatis seriorum animis infundere solet.

Objecta institutionis sunt: Catechismus Lutheri minor, hypochon biblica cau:  
siones, lectura ex libro sic dicto lectoris, Novi Testamenti, psalmodia, grammatice  
germanica, ortho: et Calligraphia, arithmetica species  $A$  simplices et composita et  
regula de tri. Methodum in institutione Religionis sequitur Socraticam.

II. Numerus discipulorum efficitur 95 ex quibus 25 sunt graeci ritus non uniti, scholam  
frequantant a 6 usque 12 aetatis annum. Apertus schola prima Novembris, Ter:  
tamina publica habentur post festa parochator et mense Septembris.

III. Aedificium scholasticum non existit, quare in oratoria instituitur, Rector vero  
conducto per Ecclesiam hospitio utitur.

IV. Reditus ejus in literis vocalioribus adnexis consistit.

V. Inspector scholae est Centuria, officio suo disjungitur examinibusque interest.

VI. Decani influxus in scholam is est ut quotannis semel eam visitet; feriam lectionis,  
non praescribit.

VII. Obstetrica per Chirurgum instituta adjurata sobria baptisandi dum opus est gna:  
ra; solutionem accipit ab Arano mense 5 fl conventionalis, arthas  $A$  orgias  
ligni; tempore parus accipit  $48$   $\&$  Conventionalis.

VIII. Gravamina tam Ecclae quam Ministris et scholae Rectoris nulla sunt.

Abusus abrogandi. Nocturna festo natiuitatis Christi sacra et Dachaualia  
ultimis tribus diebus haberi solita paulatim cessant. — Melneatio feris parochator  
prouti etiam sermones funebres infantibus dicendi non obtinent locum. Funera  
apud sarcophago non ducuntur. Comestiones tempore nuptiarum, baptis:  
mi et funerum non sunt adeo profusa sed inextinguibilis videtur.

Philippus Colty  
L. M. V. M. P. S.

Sub ijs actu institutionis constituta sunt sequentia:  
Observato eo, Matricule inscribi Intimata  
Currenatales esse, iniunctum est, ut peculiarem li:  
brum, cui intimata inscribenda erant in eius  $\frac{1}{3}$   
parte, in  $\frac{2}{3}$  vero Currenatales, Acta Conventuum ecc<sup>ae</sup> ec:  
clesia compararet.

Joannes Trebering  
Montanus Superintendentes

Daniel Hoffmann  
Ecclae Sotavatales  
Minister & Actus Institu:  
tionalis Notarius

Matthias Ambrosius  
Ecclae A. C. Evang. M. S. S.  
kerckienfis v. d. m. & h. i. S. m. S. S.

Joannes Major



Anno 1836 d. 8. Junii. peracta est Visitatio Canonica in Ecclesia Lu-  
dowicofalwensi per Reverendissimum Dominum Superintendentem Joannem  
Treberingy, presentibus: Illustriss. Supr. Sigil. Magistro a Schoene Capitulo  
Cof. Res Novakovic, Seniore Martia Ambrosy, Seniore Samuele Banygy  
Korano Seniorali Samuele Abaffy, Seniore Praes. Sirmienyi Joanne  
Szeklo, <sup>1</sup>Ministro Praes. Kulpinensi Daniele Kolenyi etc. etc.

I. Ecclesia Ludowicofalwensis, vulgo Ladina dicta, constat  
sola Matre. Ea

1. Inchyto Regimini Confinario Theuto. Manatico ingremiata, condi-  
coepa est Anno 1806, anno tandem 1808. in eum statum. quo nunc consti-  
tuitur perducta, colonis ex omnibus Hungariae partibus horum confluentibus.

2. Ab eo tempore sequentibus gaudet <sup>1</sup>Ministris:  
Martino Hamaliar. a prima Origine ad Annum 1814, 20 Febr. Eo tum An-  
balfalwam discedente, per integrum Annum <sup>1</sup>Ministro carebat, sicque ewo-  
catus est Joannes Szeklo Capellanus Petrovarientium in Comitatu Machi-  
ensi. Cui, postquam 1818. 12 Febr. Petrovarinum ewocatus fuisset, successit  
Daniel Abaffy. Gymnasii Senioralis Verinienfis secundarius professor. Quo ad  
Eclesiam Tol-Asadaerentem 1823 die 4 Febr. discedente, munus hoc capessivit  
Carolus Dobry, eoque integris sex Annis fungebatur, usque dum Anno 1829  
per Ecclesiam Stribelientem ewocatus locum vacet Joanni Jankowits Gym-  
nasii Senioralis Verinienfis secundario tum temporis professori. Is Anno  
1832, die 5 Oct. fatalis functus. Successorem nactus est Octium Kramar, Mramo-  
rakentem per prius <sup>1</sup>Ministrum, qui a 4 Febr. Anni 1833 ad hoc usque tem-  
pus munus saero fungitur.

3. Ecclesia hoc numerat sexus masculini 1259; sexus foemi-  
nini 1266, adeoque in summa 2525. In his Confessionis capaces 1605;  
paria Conjugum Ewangelicorum 542, et unum per mixtorum. Anno 1835  
nati sunt pueri 63, puella 52, in summa 112. Mortui sexus masculini 32,  
foeminini 38, in summa 70. Copulata paria 40. Confirmati pueri 32,  
puella 31, in summa 63.

4. Templo hactenus carebat, cultusque Divinus in Cubili Scholasti-  
co peragebatur. Novi templi fundamenta jacta sunt 15 Febr. 1834. Templum hoc  
in longitudine 22 Orgiarum, in latitudine <sup>ex ref.</sup> 10 et in altitudine <sup>s. ped.</sup> 7 Orgiarum, cum fine  
Anni 1837 s. Deus fauent, iustam formam assequetur.

5. Clenodia Ecclesiae sunt: Calix argenteus auro obductus parte superiora,  
item calix stanneus pro usu morbidorum, uterque sine inscriptione; pias orea  
una, hostias conseruandis inserviens; Cantharus stanneus unus, patina



aerea una, candelabra cuprea quatuor, cum emunctorio eidem cupreo; mantilia antiqua septem; paucum tegumentum Altaris; Alba una; feramenta pro hostiis pendendis duo, sine inscriptione annotum.

Libri usui templi dicati sunt: Agenda Schemnici 1798. — Cithara Sanctorum Antiqua, & Recentior Beth. 1828.

6. In lignis Campanis sunt Campanae duae, major Cent. 4. cum Inscriptio: Gott. Mich. Jos. Egardner in Temeswar. Sepulsa sub ministerio Caroli Joh. Curatoribus Paulo Kukutka & Joane Kovacs; Senatoribus Joane Sedreksky & Joane Powsolny 1806. Minor Cent. 1. Inscriptio: Gott. Mich. Jos. Egardner in Temeswar 1806.

a. Colliguntur quae ex ditinabulo & offerentiis, tam & benevolis oblationibus. pro templo struendo conferebant Ecclesiani: sicut, ita quidem, ut praeter fruges diversis temporibus diversa ratione collatas; a tempore facti fundamenti, omnis integro septem Colonis 40 fl. CM. per Decursum triam annorum deponere obligaretur. Duo Clavi solutionis asperitur quantitas Senatorum, ita ut opifices & Inquilini idem praestent cum media septem Colonis.

Fundi directe ad Ecclesiam spectantes nulli sunt, quemadmodum & censuales sine activa, sine passiva hactenus nulla fuisse.

Proventus Anni praeteriti effecerunt decem mille M. Erocatio bis mille adeoque remansit in cassa cum initio Anni currentis octo mille fl. CM.

b. Proventus hoc administrat Incl. Centuria, ita ut per eam tam redditus, quam & Erocatioes inferbantur, Casaque in Cancellaria Centuriae aseruebat. Rationes annue coram superiore foro Militari redduntur, P. M. Ministro parum ad Casatia influente.

8. Respectu Archivi tenendum, Ecclesiam praeter Matriculas duas, & Protocolum unum Intimatorum, quo in Parochia aseruantur, nulla scripta Documenta habere.

9. Coemeterium fossa circum, magnitudinis, unius circiter jugeri, ab origine Ecclesiae usui eius interuit, gramen hactenus possessione usuande.

## II Regimen Ecclesiae politico Oeconomicum.

In spectore officio fungitur Incl. Regimen. Curatoris autem & Quidam, quae & integri praestiteri officium est, omnia quo salutem & Ordinem Ecclesiae conseruandam curare, quin tamen salario certo gaudeant.

## III Status Ecclesiae internus.

Cultus Divino Dominicali interdunt, quantum angustia Oratorii admittit frequentissimi, quotidiano, cum alioquin Oratorum discentibus plenum sit, rarisimae, nec constat P. M. Ministro, cum sit res Conscientiae de contemptibus Cultus Divini. A modo prava, his partibus universitate consuetudo diebus Dominicis laboribus promiscue vacandi aboleri possit.

Et quia de lege pubes scholam imitare obligatur, Ecclesiani maxima ex parte lectura sunt gnari.



Matrimonia aperte infelicia paucissima sunt, et quantum <sup>quod</sup> Ministro innotuit unum tantum modo est per conjugum dissociationem viventium, nec est Infant anno elapso extra matrimonium natus. <sup>quod</sup> Minister solus est in eorum sermonibus suis ad vitam recti reducat, eumque non in castum laborare id quoque sit loco testimonii, et deum eius satis ampla Ecclesia nullot in carceribus publicis detineri. Nec tamen fieri potest ut omne superstitionis genus, radice alioquin profunde in animos plebis acta, eradicetur.

Zelus benefaciendi Ecclesiae vel inde apparet, templum amplum et splendidum ab eis sine ope peregrina propriis laboribus et sacrificiis.

## II Ministerium

Modernus Ecclesiae <sup>quod</sup> Minister Petrus Kramar, natus 14 Marc. 1804 in Comitatu Hordhensi, possessione Csabrah-Warbock pater Daniel Kramar eodem dictae possessionis Schola docente. Postquam prima literarum studium domi sub ductu patris, tum linguam Hungaricam in possessione Berö, Latine didicisset; in Gymnasio Schemnicensi Grammatica, Humaniora et ad Campum Philosophiae spectantia studia excoluit, dein Soproniae Doctorii studii Theologici operam navavit. Finibus, quo in patria tractari solent Philosophicis et Theologicis studiis in Comitatu Trenchinensi Quos filius Spectabilis Dni Stephani Rosztolanyi per 4 annos a primis literarum iniciis ad Humaniora usque preparavit. Tum per Ecclesiam Militarem Memorakentem Lud. Legimini Theuto-Vanatico ingremiamam evocatus per Reverendissimum Dominum Josephi Tibiscanum Superintendentem die 5 Febr. 1831 Taboris Murensi sacro inductus est. Postquam dicta Ecclesia uno et dimidio anno profuisset, per Ecclesiam Evangelicam eoque Militarem Ludovicopolensem electus, ab anno 1833 die 4 Febr. in eadem <sup>quod</sup> Ministerii officio fungitur. Cultum Divinum peragere potest lingua Slavica et Germanica, poscente casu Necepsitatis et Hungarica.

Ante spectu Administrationis Murensi Sacri

1. Dum opus est adit auditores, vivit cum Ecclesia in pace, et sermones, quos memoriter dicit, partim elaborat ex integro, partim dilatata concipit dispositione, alternis vicibus iuxta textus Evangelicos et Epistolicos, urgent omni studio Regni Moralis extensionem, ita tamen ut textus suspirium imediate sequantur.

2. In Catechisationibus satis frequenter adini soliti, a prima usque ultimam Decam Trinitatis sequitur Catechesim Tolnensem. Quinq. Jul. 1820.



Catechumenos in principis Religionis Christianae instituit tempore Quadra-  
gesimae, & eos confirmat festo Trinitatis

Neogami examinantur, formalis tamen eorum institutio in usu non est.

3. Cultum Divinum peragitur more consueto Diebus Dominicis  
mane quidem habito sermone, postmeridie autem partim precibus tantum ad  
Deum factis, partim adjuncta quoque Catechisatione. Diebus profectis post  
decanatas duas Cantiones, precibus Devotio peragitur. Historiam Passionis  
prelegit Dominica Palmarum & Festo Parasceve juxta Libellum Pasthimi  
1630 excusum. In Liturgiis in hoc usui universaliter recepto, in eoque ela-  
borat, ut presentibus praesertim modestiam in edibus sacris praeserret.

#### 4. Sacramenta.

Baptismum administrat in templo, & urgente necessitate in edibus quoque  
Parochialibus, quo tempore compares plures numero comparant.

Sacre Coenae administranda quatuor terminos observat, tumque  
eam pro ratione rerum adjunctorum tribus, quatuorve vicibus administrat.  
Ceterum Numerus Communicantium admodum variat.

5. Morbosos, qui tamen non lubenter medicis utuntur Tum voca-  
tor vigilat.

6. Vaccinationem, alioquin legibus in Confiniis Militaribus  
serio praescriptam publice commendare solet.

7. Scholam juxta leges in Confiniis Militaribus vigentem omni  
Septimana vigilat, in eoque est, ut Docent Officiis satisfaciat.

8. Circa matrimonium strictam observat promulgationem. Et  
cum citra indultum Jurisdictionis Militaris matrimonium nemini inire liceat,  
nec potest in aetate Civitatis copulari. Coeterum hic alius in operandum est,  
anne huic legi Inquilini quoque, Subinquilini & Servitores, alioquin ad Militiam  
non pertinentes obnoxii esse debeant, nec re-

Conjuges discones, si auxilium apud se operant conciliare studeat.

9. Funera nemum confirmatorum precibus tantum & caris,  
reliquorum sine discrimine habito sermone, & aevifica Rectoris Benedictione  
ducuntur, praesente semper, nisi officiose abesse obligetur P. Ministro.

10. Matriculas & protocola juxta praescriptum ducit.

#### B. Character Moralij:

Vir bonus & idoneus; in munere fidelis; orator probabilis &  
catecheta certe excellens.

C. Bibliothecam in quantum ad idudum & Res fami-  
liaris admittunt locupletare studeat.

D. Habitatio tamen ejus, ante annos 29 ea tunc



confecta. Salis est misera, et non tantum omnimode reparationis indiga,  
verum etiam ruinae proxima.

E. Sedibus V. G. Ministri in Folio sub i: adnexo Descript.  
continentur, qui commodissime ita incassarentur, s: fruges, quo potiore  
partem proventuum constituant, una per Superioritatem localem (Statius-Com.  
mando:) praefixa die conspiciantur, ne V. G. Ministri perpetua exactione  
Munus sacrum odiosum evadat.

Sedibus eadenus possent augeri, s: Stolaria, quae hactenus in Wa.  
luta, et sic quoque in pensis minimis penduntur in posterum in Bona Moneta  
solverentur, quod quidem in Confiniis Militaribus iustissimum esse vel inde  
apparet. hic Monetam Argenteam Universalem, in Cassa Regiminis unicissima  
et Vocationalis V. G. Ministri ita stabilitas esse, pensa haec Walubalia in Argen.  
to pendenda venire, ut primum in Cassa Regia ea sola obtinebit.

Lesionem Parochialem ex toto cultivat Ecclesia.

## I. Schola.

A. Rector Scholae Andreas Wodar Klesenerino Dargiesensis  
Comitatu Trencinensi, patre ejusdem nominis, Notario Anno 1775, 15 Febr.  
genitus, et per eundem ius, quae primum ad lecturam tam Latinam, quam  
et Navicam scripturamque pertinerent instructus, supra dicta Eccl. Darge  
censis Scholam publicam avit, in qua per decursum trium Annorum pri.  
ma semina linguae Latinae Duce Donato jecit. Tandem Trencinensi in Gym.  
nasio Seniorali tribus Annis exactis, in Gymnasio Schemnicensi per  
Annos quinque, quae ad Syntaxin, Aethoricam et Philosophiam spectant ex.  
cipiebat. Delictis Musis Schemnicensibus ad Modenses pro duobus,  
et postea pro duobus Annis sese contulit pariter audita repe.  
titerat, pariter in quibus adhuc hospes erat habitaturus.

Anno 1804, 5<sup>ta</sup> Aug. accepit Eccl.iam Ludivectoralem in Eccl.  
Aug. Gongl. Vads. Ufalvensi, ~~Comitatu Vads. Vado-~~ Sismienf. ingremi.  
ata, unde anno 1806, 18 Aug. a Petrovarenf. supra dicti Comitatus  
Eccl.iam in Lectorem vocatus, decem Annis et aliquot Mensibus Eccl.iam ejus.  
dem Scholae profuit; demum in Levitam Eccl.iae Banatico Mutjimenfis tunc  
recens surgentis Anno 1816, 17<sup>ma</sup> Iulij desideratus, annuit, unde, ante de.  
cursum duorum Annorum, tempore Canonice Vifitationis ab ipso Leve.  
rendissimo Domino Superintendente Adamo Lovich eo permotus



ad Ecclesiam Germanicam Temesino-Lieblingensem semel conlatus. Hic novem Annos qua Scholae et Chori moderator exactus, Desiderio suo Matris, onis capto, aucta inopinata Anno 1871 mense M<sup>o</sup> a Ludovicofalvensi Ecclesia Vocatione, eidem, fuit et hodie repetitum honorificis Vocationibus ad profens usque gratulatus. — — —

a., Diligentiam adhibet in instituenda pube Scholastica, domi quantum cognoscere licuit quiescenti. Foris pax est inter eum atque Ecclesiam, quemadmodum et inter eum et Verbi Divini Ministrum.

b. Scholam negligit rarissime, instituitque pubem horis per diem quinque. Ceterum in quantum Cantum et Loca Biblica Classica docet, pubes Scholastica coram manifestabil. In Catechisationibus utilis Catechismo Lutheri juxta editionem Hederianam.

c. Reliqua Institutionis objecta, quae catechetice tractantur, sunt: Historia Biblica, Institutio in Religione Christiana specialis, Arithmetica, Scriptura; ceterum Libri ad instituendum normaliter introducti nulli habentur.

B. Numerus Discipulorum ascendit prope ad 300 qui potissimum superato undecimo Octavi Anno Schola excedere solent. Initium Cursus Scholastici fit Mense Apr<sup>is</sup>, tentamina vero habentur, vernalia quidem, primis post Pascha diebus praesidente Decano, quo tamen tentamina publice ignorantur; autumnalia autem ultimis Augusti aut primis Nov<sup>embris</sup> diebus sub ductu Catholici Scholarum Directorij. Actum hunc verbis Evangelicorum manifeste contrarium esse apparet inde:

1., Evangelicos a jurisdictione Romane Catholica semel pro semper liberatos esse.

2., Curarium pro sustentandis Scholis Evangelicis nihil confere.

3., Abusum hunc illinc promanare, cum confidit Confinitis proter Romano Catholicos, et Praei Sicut non unitos nullius alterius Religionis affectu inveniuntur, duos electos fuisse Scholarum Directores Catholice, cum et Praei Sicut non unum, procedente tempore Evangelicos hinc illocatos et sensim numero auctos, respectu Scholarum Catholice Directorij obnoxios factos, perinde ac fit in Hungaria Evangelici Catholicis sub esse obligarentur, si quidem Regnum ante aliquot secula m<sup>o</sup> Catholicis conflabat.

4., Objectionem, Directorem Romano Catholicum non influere ad Institutionem Scholarum respectu Religionis, nullius esse



momenti. Res vel Religio ex ipso Instituto, non constitueret precipuam  
Maximam Salutis Publicae, cum tamen maxima pars institutionis in Scholis  
nostris religionaria respiciat, vel est. Religionem salubriter inculcemus,  
sine influxu Directorii Romano Catholici reliqua cognitionis objecta  
proponere aut nolemus, aut nesciremus.

5. Objectionem respectu Relationum super Statu Scholasticae  
Institutionis Supremo Loco Van. folitarum eque facile dilui posse. Quas haec  
tenus Relationes Videl. Director, vel in posterum Decanus, modo ei tabellarij  
Instituto exhibeatur. Inclito Regime alioquin tum quoque Superinspec.  
tionem obtinenda, cum ei praeterea incumbat inuigilare, sedulone coloni  
Confiniales liberos in Scholam mittant.

6. Verum esse quidem in Confiniis negotia tam publica  
quam et privata legibus Austriacis conformiter administrari, neque tamen  
id ad negotia Religionis, qua cum Schola arctissime nexu juncta sunt, est,  
tendi posse. Evangelici in Confiniis Militaribus Banaticis viventes, consti.  
tuunt partem Venerabilis Superintendentiae Morlanae, quod proinde rei con.  
venientius, quam ut legibus hujus Superintendentiae regantur; cum secus  
eos Ven. Confessorio Venerarij subesse oporteret.

7. Aedificium Scholasticum pariter ex ludo est confectum,  
classisque continet unam, hactenus Cultui quoque Divino inferuentem.

8. Aedibus Scholae Doctum in Folio sub // continentur.  
Didacta penduntur per res. W. W. a singulo Discente, quod annuente  
Ecclesia comodissime in fixum salarium mutaretur. Hac modalitate et Carba.  
diones aboleri deberent.

9. Taxa pro Schola fundatio: nulla.

10. Inspector Scholae Incl. Regimen.

11. Libri Scholastici qui praescripti essent: nulli.

12. Decani influxus in Scholas Militares est exiguus, cum illa  
per abusum Jurisdictioni Catholicae subsint, nec a Decano vel Senioratu,  
verum a Catholico Directore pendeat, cui munus Doctum conferatur. W. J.  
tal tamen Scholas annue semel.

13. Obstetrices sunt tres, neque tamen per Chirurgum  
instituto, est. Curatae et baptisandi gnara. Solutio earum constat in



in 21. 4r. W. W. uno quadrante frugum Metata post, & pane uno a quovis parit.

VII Vespillonos nulli, foves tamen ad justam profunditatem serialim foriundus.

VIII Instituta pauperum, item pro sublevandis Widuabus & Ministrorum & Audi. Scriptorum hactenus nulla fere.

IX. In annuis Devotionibus habetur sermo Eucharisticus post missam. Festum Reformationis non nisi seculare celebratur. Encoenia autem, cum templo careret Ecclesia, ad hoc tempus nullae habebantur. Magistratus autem cum fil. militari, more militari extra templum adjiciendi solet.

Familias ejus Officia, quemadmodum in sedibus sacri ferunt incalcani solent.

## X. Gravamina.

Ex parte P. Ministri Gravaminis loco id non nisi, quod omnes omnino Militares Ecclesias Evangelicas concernit commemorandum venit: P. Ministros cum evocentur ad formativa pacta cum suis Ecclesiis incunda obligari, quo in nonnullis Ecclesiis quidem ad tempus vitae, in aliis tamen ad certum tantum & Determinatum Annorum numerum extenduntur, in utroque vero casu dignitati muneris sacri penitus repugnant. Vocatores autem sine extradate, & per concernens forum militare stipulate, uti pactorum gaudere debent. A. Catholici Parochi - Graeci Sacerdotes non uniti Sacerdotes non participant cum Ecclesiis; cur proinde id onus in Evangelicos P. Ministros devolvi debeat?

## XI. Abusus.

Festa Machi & hic profuse celebrantur.

Comensationes omnes limites parsimoniae excedentes tempore praesentium nuptiarum, baptismi & funerum instituantur.

Et maledictis nimium indulgetur.

Datum Ludovico-polae 27. Maj 1556

Script. Gel. Kramar  
Ecl. Ludovico-polavensis P. M.  
h. t. Decanus.



Sub actu ipso fixationis, quod constuendum, notandum et observandum  
fuisse, repertum nihil.

Joannes Sebesinij  
Montanus Silesiense.

Robortus  
Major

<sup>no</sup> Matthias Ambrosij  
Ecclesia Evang. M. Silesiense  
V.D.M. & h. t. Baranij Senior.

Novakowich  
Episcopus

Schwaufgaut

Joannes Petellij  
Ecclesia Aug. C. Petrovacensis  
V.D.M.

Daniel Hoffij  
Ecclesia Sorabica  
V. D. M. & Actus  
fixationis Semicollegie  
Notarius

Daniel Kolenij  
V. D. M. A. C. Kulpin



/

Copia proventuum D. Ministri Ludovicofalvensis juxta eidem  
datas Vocatorias.

Die Gemeinde wäset sich verbindlich Herrn H. Pfarren nachstehenden Bene-  
ficien ohne allen Widerwillen, und ohne jeden Anstand alle Jahre unterthan zu wollen:

Die Herr H. Pfarren gesörig eine ganze Aufsichtigkeit Grun und wäset lathen  
in 24 Joch Acker und 10 Joch Wiesenfeld bestat, folgender massen zu bearbeiten:

a, Das Ackerfeld zur Winterfrucht zu besten, die Lathen zu stürzen, dann  
mit dem Saamen, wäset die lathen der Herr Pfarren selbst zu geben sat anzubau-  
en, und zu reggen. Dann die frucht zu pfunden, oder abzumähen, in Garten zu bin-  
den, dann in laubd üblischen Mandeln aufzuhelfen, auf diese ins Pfarren Hoff  
einzuführen.

b, Das Ackerfeld zur Sommerfrucht aufzurathen, und oben mit dem er-  
forderlichen Saamen der Herr Pfarren anzubauen, die Sommerfrucht, wäset in Gerste, Ha-  
ber, oder in Hirs bestat, sat von der Gemeinde nach dem die Winterfrucht bearbeitet, auf  
in der Pfarren Hoff eingeführt zu werden. Was die Unterhaltung der Winter und Sommer-  
frucht anbelangt, sind sat der Herr Pfarren, so wie das Anweiden und Aufbewahren  
zu besorgen.

c, Das Grab am Wiesenfeld, eine halbe Dinst Falt mit Mosen an-  
gebaut werden sollte ist auf Kosten der Gemeinde abzumähen, aufzuhelfen und ins  
Pfarren Hoff einzuführen.

d, Das zur Kürtung Acker bestinte Sommerfeld, wird durch die Ge-  
meinde gepackert, mit dem Saamen der Herr Pfarren angebaut, auf seine eignen  
Untkosten gesäen, durch die Gemeinde aber gezoehen, und ins Pfarren Hoff eingeführt.

e, Zur Falt der Herr Pfarren das Wiesenfeld aufzurathen und anbauen  
sollte, so sat er das Aufzurathen und Anbauen auf eignen Untkosten besorgen zu lassen.  
Die auf dem Wiesenfeld angebauten Sommer oder Winterfrucht aber, wird wie oben an-  
gefühet durch die Gemeinde gesäet oder abgemähet, in Garten gebunden und in  
Mandeln aufzuhelfen, dann ins Pfarren Hoff eingeführt, durch Herr Pfarren wird aber  
dessen Unterhaltung Anweiden und Aufbewahrung besorgt.

Das auf dem Wiesenfeld durch den Herr Pfarren angebauten und besäet Kü-  
rtung, wird durch die Gemeinde gezoehen und ins Pfarren Hoff eingeführt.

f, Nach jeder ganzen Aufsichtigkeit sat die Gemeinde, und eigentlich  
jedes Haus der Herr Pfarren einen ganzen, jeden besäet oder unbesäet zu  
wofür aber, dann jeder wofürschickte Kunst einen halben Stadbürger = Maß zu gut  
gerainigte Halbschnitt oder Weizen längstens bis Ende Oct. eines jeden Jahres ins



ins Pfarrhof, und zwar ein jedes Gräber, Fünftens eine Kunst, das ich betrie-  
bende Fruchtquantum selbst rasch zu erforschen und im vollen Maße abzu-  
liefern.

G, Hat ein Spanner dem H. Pfarren jährlich 4 Klafter fester Traufholz  
allenthalben zum Sept. ins Pfarrhof zu liefern.

H, Für jede Handfaltung hat dem H. Pfarren jährlich einmal, gewöhnlich  
im Winter oder im Herbst ein Häufel nebst zehn halben Ecken Wein, nach der Fassung  
im Monat zu geben, und zwar nur ab dann wenn ein Weingarten gepflanzt und von  
einem elementar Wetter befreit worden.

I, Für jede Begräbnis mit Predigt sind dem H. Pfarren Dreißig - für jede  
ohne die Predigt Zwanzig - dem von jeder Copulation Zwanzig schenken - und für jede Colla-  
tion eine Viertel für die Einsegnung der Weisheiten Zwanzig im St. in der Inmaste-  
gen Courfender W. W. zu bezahlen, und zwar so lange Winnes Wäpfung in dem  
Staats Casen angenommen wird. Ist ein Winnes Wäpfung ein, und wird selbe in dem  
Staats Casen nicht angenommen, so sollen vorhergesetzte Taxen in klingender Münze voll-  
ständig bezahlt werden.

K, Von dem an jährigen Lehen Königen, dem an neuen Geist- Oftern- und  
Pfingst Tagen eingekommenen Opfer Geldern und Naturalien, gesonnen zwey Thaler dem H. Pfarren,  
die dritte Thaler aber dem National Lehrer.

L, Für den Wohnung für den H. Pfarren überläßt ein Spanner, die Inmaste-  
bestehende Spanner Wohnung, sammt allen in der selben Wohnung verfahrenen Arbeiten,  
bauen.

Ludwigsdorf. 27. Me.  
576

Peter Kramer  
Peter Kramer



/ / /

Das Gemeindeforwand Andreas Wodan,

ist mit der Ludwigsdorfer Augst. Conf. Gemeinde, im Jahre 1827, — überein-  
stimmig geworden, daß für ihn, für seine, Kirchen- Besul und Lese- Ein-  
ste folgendes Beneficien besteht, als:

1. Ann Ein unangetheiltes Quartier in dem Gemein Besulgebäude, be-  
stehend aus ein Zimmer, ein Kamin, ein Küch, Stall- und Besulgebäude Hof,  
und Garten.

2. Ann Von jedem Besulgebäude jährlich 20 Kr. w. w. oder 8 Kr. Bogen auf Ansetzen  
in Conventions Münz.

3. Ann Von jedem Stundebuche Session Gemein, jährlich, halben Konventionen  
Matzen Frucht und von jedem Jahresbuch oder Kunst, ein Konventionen fünf, halbtal  
Konventionen Matzen Halbkorn.

4. Ann Jährlich 2, Bogen (zwei) Klaffen für den Sonnensolte im Monate No-  
vember in Natura gratis beizustellen.

5. Ann Jährlich zwei Cantationen.

6. Ann Für jede Lese mit Konigt 18 Kr. Bogen auf Ansetzen Konventionen, fünf  
mit Matzen einen Gulden, und für einen mit Konigt 9 Kr. Bogen einen Kon-  
ventionen M. M. 7. Ann Jährlich sechs Pfund Inbilsten, und mit Ansetz einen Kon-  
ventionen Besulgebäude ein Handel.

8. Ann Das Gemein soll den Session Gemein, mit dem Gemein,  
das die Gemein die Acten Gemein, nach dem Wunsch des Lesers vollkommen be-  
arbeiten, die Matzen persönlich abmessen, mit einem Not alle notwendig sind auch An-  
beiten bestimmen, wozu jedoch der Lesener den Dramen zu geben, und das Austreten  
den Fruchte selbst zu besorgen hat.

9. Ann Das Besulgebäude nebst Hof und Garten persönlich anzuzäumen  
und in gutem Stand zu erhalten, soll die Sache der Gemein sein.

10. Ann Von dem Dienstgebäude soll der Lesener den 6ten April zu fallen, und

11. Ann Soll die Gemein dem Lesener jährlich zwey Konventionen  
Matzen Frucht, in der Lesener zu geben hat, zu unmaßlich haben.

Sigl. Ludwigsdorf, am 28ten März, 1826.

Andreas Wodan,  
Gemeindeforwand.



Annis 1806, die 9. Junii peracta est visitatio Canonica, in Ecclesia A. C. Ev. Istvanfalva  
 per Reverendissimum Superintendentem Joannem Heberingyi, presentibus:  
 Venerabili Dno Mathia Ambrosi Ecclae Evang. Magno-  
 seasherek & Ministro et Seniore Banatico, Daniele Ha-  
 ffy Ecclae Aug. Conf. Toraradacz & Ministro et Seniorali  
 Notario Banatico, Petro Kramar Ecclae Aug. Conf.  
 Ludovicofalvensis & Ministro & Decano Districtus  
 Militaris, Gustavo Heberingyi Theologico Studio  
 orque Candidato.

I. Ecclesia constati

A. Mater Istvanfalva, Possessio ad Spectabilem Dominum Antonium  
 Damaschyn de Nemesh Spectante.

1. Origo Ecclesiae. Ecclesia est nova, quae 1829 initium habuit.

2. Vicissitudines nullas subivit.

3. Numerus animarum sexus masculi 272 foeminae 264. = 536  
 Confessionis copaeus 568. parva  
 conjugum Evangelicorum 151. Mixtoeum - Anno 1805 nati 50, mortui respulati 11.  
 confirmati pueri 16, puella 5.

4. Templum non datur tantum oratorium, quod etiam Scholam representat, cu-  
 jus longitudo 5, latitudo autem 0. orgiarum.

5. Aenodia Ecclesiae: Calid<sup>Stareny</sup>, mantilia 0, tegumenta aequa 0.

6. Campana unius centenarii, anno 1828 fusa.

7. Reditus Ecclesiae:

a. Ex tintinabulo, offertoriis et oblationibus, qui reditus sunt insignes.

b. Administratio redituum fit per Curatores, qui omni anno perceptioes et erogationes  
 summas exponere, et ea omnibus rationes dare obligantur, qui reditus per  
 V. D. M. inscribuntur. Anno praeterito perceptio 67 Rfl. 12 kr. erogatio Rfl. 48 kr. 10.

8. Libri Ecclesiae:

a. Documenta nulla.

b. Matriculae sunt triplices: natorum, mortuorum et Copulatorum

c. Protocolli tantum unus.

d. Coemeterium ab initio Ecclesiae est in usu, cujus area circiter 62 orgiarum, et  
 iunctum, cujus graminis nemo usum capit.

B. Filiali Sandorfalva, quae est rite, per Bluvium. Reverendum Dominum Marti-  
 num Hamahar Coe. Seniores Banaticum adfiliata, quae hucum neque Scho-  
 lam neque Doctorem habuit, tantum in certa domo Cultus Divinus per  
 Cothurnarium absoluebatur, sed nunc jam Scholam adficiam, et Doctorem habere  
 voluit, Sagra Domini Coena quater per annum Administratur. Numerus animarum inestis pro-  
 pter continuae mutationes auditus  
 circiter 300.

II. Regimen Ecclesiae

Inspector Ecclesiae V. D. Minister cum Curatore, qui vocatur Martinus Dudas,  
 qui nullum habet salarium.

III.

Zelus in cultu Dei non deest, neque manifesti contumaces cultus Divini publici  
 inveniuntur. Lectura autem et Scripturae multi sunt ignari.

Quod vero attinet liberos, longe melius discerent, si Scholam et formalem Doctorem  
 haberent. Biblia, cum sint misere pauci possident.

Mores in genere mali non sunt, neque vigent manifesta vitia in Ecclesia, de qua  
 mihi constaret, nullique nunc in publicis coevisibus sunt, non obstante tamen eo  
 quia omnes sunt peccatores, licet non manifesti, ad poenitentiam agenda duuntur.  
 Superstitiones, de quibus mihi constaret, in Ecclesia nostra non dantur.

Zelus Ecclesiae benefaciendi non deest, si vices Ecclesiarum admittentur.



IV. V. D. Ministerium:

Stephanus Jesztrebingi, Rankeni, in Comitatu Abaujvariensi, patre Samuele Jesztrebingi V. D. Ministro, matre vero Anna Seeserinyi progenitus. Annus propter defectum baptismi caponi recte non potest. A teneris in Collegio perissiensis studuit, ibique studia non tantum humaniora verum etiam Theologica terminavit. Terminatis studiis, in pluribus Aulis Informatorem, ultimam apud Spectabilem Dominum Ludovicum Lohay de Eadem, Comitatus Zolienois Iudicem Nobiliorem egit, a quo in Ecclesiam Orsoviensem pro Cooperatore evocatus, per Reverendissimum Dominum Lovik Neosolii 1819 ordinatus est.

Caetero in Ecclesia Orsoviensi duobus annis, Theologum per Reverendissimum comae datus, abiit, ibique spatio 8 annorum in Danatu V. D. Ministerium gessit, unde Istvanfalvam in Comitatum Torontaliensem, ubi hucum V. D. Ministerium agit, evocatus est. Collet linguas patriae. Coluit etiam linguas orientales. Muneris Saevi Administrato

1. Visital suos Auditores requirente necessitate etiam non vocatus, vivitque in pace et concordia V. D. M. cum suis Auditoribus.

Sermo Sacros jam nunc per catensum non scribit, sed memoriter, et communiter ea verbis Evangelicis dicit.

2. Cathedris Dominicae Trinitatis excoatur, et ad ultimam tractatur, pro qua non satis diligenter convenire solent.

3. Rogami saepe in Doctrina Jesu Christi instituntur.

4. Cultus Divinus die Domini mane cum cantu sermone et aliis quae sunt in usu ritibus, peragitur. Post meridiem autem cum precibus absolvitur.

Tempore vero Quadragesima cum praedicatione de passione Servatoris, celebratur. Liturgia juxta Agenda retentiora peraguntur.

4. Sacramenta:

Baptismus semper in Oratorio, cum Templum non datur, administratur.

Compatium communiter duo parva ad sunt.

Sana Domini Coena quatuor vicibus administratur per annum, et sunt circiter 600 confite

5. Morbosos V. D. M. etiam non vocatus, videndo necessitatem visitare et ad mortem praeparare solet. Vaccinatio est in usu, quae omni anno per Chirurgum peragitur.

6. Scholam V. D. M. saepe visitare, consiliaque Docti suppeditare non praetermittit.

7. Omnes matrimonium inire cupientes, juxta D. potestales tribus distinctis vicibus promulgat.

8. Funera vel cum sermone funebri, vel cum cantu praesente V. D. Ministro absolvuntur.

9. Matriculae triplices Protocollo et Rationes ducuntur.

10. Character Moralis V. D. Ministri. Vir summe mediocri doctrina,

sed vite exemplaris ac fexus in officio fidelis. Catecheta miserabilis; orator, qualis sine solida eruditione theologica esse potest.

C. Bibliotheca constat variis libris: latinis, hungaricis et slavicus, inter quos plura in Theologia inveniuntur. Sermorum curricula completa non sunt.

D. Habitationis caetera, quae duobus tantum constat cubiculis.

E. Auditus V. D. Ministri juxta Vocatorias litteras:

Promissae quidem praestantur, sed non semper juxta tempore.

Agri Parochiales et prata curantur per Ecclesianos, juxta Vocatorias litteras.

V. Schola non est et haec raptore neque Rector Schola esse potest. Est tantum Campanator, qui viros etiam Cantoris et Doctis in casu necessitatis supplet. Habet quae Campanator a singula domo quadravertem tritici, quae Cantor a funere 15 et a discipulo quae Doctis saepe 15 sr. Domum autem habet propriam.

Numerus Discipulorum hoc anno 02, sed longe major invehiretur si esset formalis Doctis.

Discipuli a festo Michaelis ad festum Georgii, quo tempore tentamen in praesentia D. D. Decani absolvitur. Fundatio pro Schola non datur. Libri Doctis, vel discipulis usui non sunt.

Formales Obstetrices et Puerperas non dantur. Abusus abrogandi <sup>nullo</sup> proponuntur.

Istvanfalva die 8 Junii 1806.

Stephanus Jesztrebingi  
Ecc. Evng. Istvanfalvensis  
V. D. M.



Sub ipso actu visitationis computata sunt sequentia

1. Ad querelam ecclesiarum, qui Klopotino Iffvanyfal-  
vam commigravere, quod Dominium eius terreste  
campanam ecclesie ibidem detinuerit; Reverendissimus  
Dominus causam hanc per localem V. Ministorum ad Senio-  
ratum Banatici presidium sine ulteriori qd. Inlitum Do-  
minium Camerale pertractationis relegari ordinavit.
2. In defectu fundi pro Schola edificio, respectum Dominium  
terrestre requirendum venire, ut fundum talem affig-  
re dignaretur. Quod etiam factum est.
3. Ordinavit Reverendissimus D. Superintendens, ut Sermones  
alternatim ex evangelij et epistolis in posterum di-  
cantur.

4. Institutio publicis scholasticis in religione die Mercurij  
& Sabbati, 2. horis ante meridiem habenda V. Ministro  
imposita est duce Catechesei Herderi

Joannes Seberingius  
Montanus Superintendens

Matthias Ambrosius  
Ecclesie M. Breeskerchensis  
Evangelicae & Conf. v. d. m.  
V. l. t. Senior Banaticus

Daniel Hoffmannus  
Eccle. Foraradachensis V. d. m.  
& Actus Visitationalis  
Notarius

Petr. Hramar  
Eccle. Ludovici Galwenfis Ewang. Aug.  
Conf. v. d. m. Decanus Militaris



Voľator

1 Kterizto my Cyrkvy haducické Dbyroatele Dvoqeti hodneho  
 a včeneho pana Stepana Gedtrebiny, za fveho slova Džajho  
 kazatele a dnyj pastire gednomislne povolavame, a nasledugicy dochodky  
 2 dati prisne se zavazugeme;  
 3 odkazdeho paru manželsvi dobre oštencho, a dobre odmuraneho gednu mgetu  
 4 žita, ageden zlati, k tomu gerta misto oracy zemi cela Cyrkva blil žita,  
 5 pd seie mniz gest 15 retyi ktere orati zasgati obrabati adovesti.  
 6 čtyri sgaji drevva dati ydovesti.  
 7 zahradu zorat aopravat.  
 8 odpobrabu gedenzlati zlazanim abezkayni 10 kroyi.  
 9 od sobarpu gedenzlati a odvacky klinovnik agine drobne vcey.  
 10 od krstu offera a vacky deset kroyi.  
 11 navirocite slavnosti offera vzdicky vpravni svatek  
 Natvi krale kolida.  
 pribitek fcesky vodobrem poradku drzat.  
 odkazdeho numeru gedno kura.  
 Kdyz potreba Cyrkveni vyhledavati bude prilezitosť dati se zavazugeme.  
 Psano vhaducicy dne 29 marca Roku 1829.

Duro dilamee kurator.  
 Andreas yvanic  
 Andreas mokran.  
 Adam vestek  
 Martin kavura  
 Jano chury.  
 ymiostatni vskickni Dbyroatele.  
 Ant Damaorkm D. P.  
 Mart Hamaliar Consenior  
 Gabriel Machula Senior



Temesbökény (Buttyin)

Anno 1836 die 10<sup>a</sup> Junii peracta est Visitatio canonica in Ecclesia Cv: Aug: Conf: Add: Buttyinensi per Reverendissimum Dominum Superintendentem Joannem Keberinyi presentibus: Spectabili Do: Michaële Kayser qua Eccle: Buttyin: Inspectore, Reverendissimis Vni: Daniele Haffy, Eccl: Szebradály, V. D. Ministro & Seniorali Notario, Petro Kramár, Eccl: Ludovicofalvi, V. D. M. & Decano & Stephano Jestrébényi, Eccl: Gvángyalvási, V. D. Ministro, Andea Wodár Schola Ludovicofalventi, Rectori, vicari

I. Ecclesia Buttyinensis est in clivito Comitatus Temesiensi ingremiata.

A. Mater eadem

1. Originem trahit ab Anno 1814 estque iuris Illustrissimorum L. Baronum Hiller de Buttyin.

2. Primus Ludirector eiusdem qui simulac vices Levitæ supplebat fuit Andreas Vodár; hic duobus annis munere docenti defungebatur: eidem ad Lieblingensem Ecclesiam in schola moderatorem evocato, successit Anno 1818. primus V. D. Minister Josephus Nagy, qui postquam duobus dumtaxat annis in prefata Ecclesia sacris praefuisset, ad Tolonos in Praeconem sacrum evocatus est. Hunc in munere sacro excepit Carolus Vagner V. D. Minister tum temporis Mokrensis, remque sacram in supra nominata Ecclesia rite administrabat usque ad supremum vitæ momentum. anni 1834 diei 8<sup>o</sup> Martii. Huic successit tertius V. D. Minister Georgius Kmettyi qui spatio sequi alterius anni divina cura bat. <sup>ab 22<sup>da</sup> Martii a. 1835. Ecclesia administratur per V. D. Ministrum His-Schemlakiensem Josephum Vodár.</sup> In-  
terea temporis schola docentium munia obibant Alexander Pár, Joannes Felicides, Joannes Valentinyi, Martinus Valerinyi, Michaël Gvankay et Paulus Darulya

3. Animas numerat, 714. mares 391. foeminae 323. confessionis capaces 472. parva conjugum Evangelicorum 159. 4. mixta; anno 1835. nati sunt 39. denati 41, copulata 13. parva, confirmati 19. pueri, et 8. puella.

4. Oratorium longum 9. Latum vero 5. orgiarum anno 1817 excitatum arundine est tectum. Organum, epitaphia, majorisque momenti inscriptiones, una cum baptisterio in eodem non reperuntur: interne solummodo sacra cathedra et altare coloribus illuminatum videre licet

5. Ctenodia Ecclesiae sunt: calix orichalceus cum spatella et pyxi de ejusdem metalli, cantharus stanneus, quatuor candelabra duo lignea et duo orichalcea, 6. mantilia, 3. sericea et 3. gossypniacea, duo tegumenta altaris et duo cathedra, una alba, unum ferramentum pro hostiis pin-  
sendis reparationis indiguum Anno 1821. fabricatum; Agenda flavica anni ~~1827~~ 1734<sup>4</sup> et liber precum Palumbinyi.

6. Campanam unam 80 librarum anno 1818. fusam habet.



## 7. Reditus Ecclesie.

a., Sollicantur ex tintinnabulo, offertoriis tempore feriarum anni, versariorum, oblationibus benevolis occasione baptismorum et exequiarum. Proventus preteriti anni erant 190. fl. 12. sz val. et erogatio 181 fl. 32 sz val. manserunt igitur pro anno currente in Ecclesia arario 8 fl. 40. sz val.

b. Administratio reddituum Ecclesie fit per loci Curatorem, Cassa conservatur in edificio parochiali, clavis autem apud Curatorem, sed proventus et erogationes peculiari rationum libro inferuntur per V. D. Ministrum. Preterito anno rationes non sunt redditae in conventu. Efficiacia V. D. Ministri ad Cassalia in eo consistit quod absq. ejus inscriptio, ne nec percipi nec erogari quidpiam possit.

## 8. Archivum Ecclesie.

a., Documentis antiquitatis non gaudet.

